Phlebotomia absoluta : ad postulationem justitiæ, & charitatis responsiones apologeticæ / Casparis Cucchi M.D. cuidam libello publici juris facto anno 1719 ... cui titulus: Phlebotomia examinata.

Contributors

Cucchi, Caspar.

Publication/Creation

Bergomi : Apud fratres Rubeos, 1720.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/avx88xdq

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

1743

Joannis Casizzi Ph. D. Bergomen
Donum Soror. D. G. Cucchi.

PHLEBOTOMIA ABSOLUTA

Ad Poſtulationem Juſtitiæ, & Charitatis

RESPONSIONES APOLOGETICÆ

CASPARIS CUCCHJ M. D.

CUIDAM LIBELLO

Publici juris facto Anno 1719,

Et Typis tradito Mediolani apud Carolum Bolzannum,

CVI TITVLVS:

PHLEBOTOMIA EXAMINATA

Opus Juſtitiæ, & Charitatis

SACRÆ

ILLUSTRISSIMO DOMINO

BARTOLOMÆO CURTIO

Jatro-phyſico Mediolanenſi famigeratiſſimo.

BERGOMI, Apud Fratres Rubeos. 1720.
Superiorum Permiſſu.

349190

AT verò verborum inhoneſtorum arte ad e
quæ ab alijs inventa ſunt, confundenda
promptum eſſe, nihil quidem corrigendo
eorum verò, qui aliquid ſciunt, inventa apu
ignaros calumniando, non ſanè ſcientiæ v
tum aut opus eſſe videtur, ſed proditio mag
naturæ ſuæ, aut ignorantia artis &c.

Hippocrates lib. de arte n. 1.

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30519391

ILLME DOMINE.

TEnui huic meæ Apologeticæ Diatribę comparaturus Patronum, cui me devoveam niſi tibi Vir Illuſtriſſime, in quo reſpicit Phlebotomia & ſuarum laudum accuratiſſimum Propagatorem, & ab Adverſariorum calumnijs ſuæ gloriæ acerrimum Vindicem. Prætèr argumenti commendationem animum in ſpem erigit, hoc meum munuſculum non omninò malè tibi auditurum eximia humanitas quam in me ſervas: & firmiſſimum Opellę tutamen pollicetur tùm Generis tui claritas antiquis, & novis, publicis,

& privatis Majorum muneribus decora, tùm maxime egregia tua Virtus, quæ in Medicina facienda non apùd Patrios tantum, ſed apud exteros Profeſſores admirabilis es; quæ nitidiſſimis Lucubrationibus publici juris factis Litterarium Orbem in ſui commendationem vocavit, & quæ celebriores Accademiæ te gloriantur Alumno. Patere itaque Vir Præſtantiſſime, nomen tuum Phlebotomiæ dectractoribus metuendum Commentariolo meo præfigi, à quo pretium omne accipiet; meque glorioſa tuæ benevolentiæ uſura frui permitte, ut dicar ad aras,

Tuæ Dominationis Illuſtriſſimæ.

Bergomi 18. *Februarij* 1720.

Addictiſſimus, & Humil. Servulus
Caſpar Cucchi.

Per la Dedicazione

ALL' ILL.mo SIG. DOTTOR

BARTOLOMMEO CORTE.

SONETTO

DEL SIGNOR DON ORAZIO ALBRIZZI.

UN Innocente calunniata à torto
D'eſtrarre il primo Sangue, ed il ſecondo,
Dunque, diceva, il truce nome i' porto
Di ſpietata Carnefice del Mondo?

Dov' è, dov' è quell' Orator facondo
Che mi faccia ragion, mi dia conforto?
Corſe à ſua volta il *Cucchi*, e con giocondo
Viſo le diſſe, i' vo condurte in porto.

Vanne altra volta ne l' Inſubria, e teco
Porta codeſta mia difeſa forte
Che dà offrire al gran *Corte* oggi ti reco.

Già te ſola difeſe, * e in ugual ſorte,
Me pur teco difenda, e dirai meco:
Di Pietà, di Virtù queſta è la *Corte*.

* *Alludeſi alle Rifleſſioni in difeſa del Salaſſo da lui pubblicate l'anno* 1713.

A SUO CUGINO

Mentre pubblica la ſua Apologia al Salaſſo;
Col Titolo

PHLEBOTOMIA ABSOLUTA &c.

In riſpoſta dell' Opera intitolata:

PHLEBOTOMIA EXAMINATA

Opus Juſtitiæ, & Charitatis.

SONETTO

DELLO STESSO SIGNOR ALBRIZZI.

D'Apollo al Tribunal portoſſi un giorno
Contro de la Lancetta ingiuſta accuſa,
Perchè n'andaſſe dà i rimedj eſcluſa
Cò la Falce di Morte à far ſoggiorno;

Mà Tu le feſti ampla difeſa, e à ſcorno
D'una lingua in tal Foro à dir non uſa
Feſti eſſere l'Attor Reo ſenza ſcuſa
Di fievoli; e non ſue ragioni adorno;

Apollo allor, che applauſo à te dar volſe,
Compatimento à lui, di far codeſta
Ben' inteſa ſentenza al fin riſolſe.

Prima *aſſolſe* la Rea per tua richieſta,
Poſcia lo ſteſſo Accuſatore aſſolſe:
Quella *Giuſtizia*, e *Carità* fù queſta.

Nob.

V

Villarodanus Arnaldus
Vodalius Andreas
Verus
Verschois Hieron.
Verna Io. Ba.
Vozelius Andreas
Weinbaus Conr. Ferd.
Wadomichius Ilac.
Vorchicius Chr.
Vosbergius Io.
Valleius Fran.
Valens Io.
Vopiscus D. Iacob.
Vanhorne
Viridet Io.

Z

Zacchias Paulus
Zacutus Lusit.
Zimara Marc Ant.
Zuichemus Dd.
Zwingerus Theod.

Nob., & Spectatiſſimo Juveni

D. CASPARI DE CUCCHIS

ARTIUM, ET MEDICINÆ DOCTORI

Apologiam ſuam in favorem Phlebotomiæ

EDENTI.

Obtudiſti modo
Egregie Prophilactice
Nuperũ morboſum cõtrà Phlebotomiã inſultũ.
Ebullienti Sanguini
Utilem exitum aperuiſti, (tur
Qui dum in Venis à Viro Cl.vi retineri curaba-
Effecit ipſi in Capite Vertigines;
Adeò, ut (oſtenderit,
Nunquam magis ſibi utilem futurã Phlebotomiã
Quam dum ipſam rejecit.
Quam exacuere ſperabat Libithina
Retudiſti omnino falcem
In ea Cote,
In qua ſtatim acuminaſti Phlebotomum,
Simùl àc ſuſpicatus es
Aliquam contrahere poſſe rubiginem.
Evaporatione ſanè indigebat
In Arte noſtra peccans humor,

Ut in posterũ omni purgatus labe circularetur
Non te pudeat Apologetice Liber
In lucem prodeundo.
Omnis subductus est ruboris fomes;
Jàm non habes in medullis quod vitiet frontem
Licèt vulnus in Venis efficias
Aperis tamèn ibi latifundium salutis;
Imò dum Vittas circumligas
Servas, & redimis vitas.
Videant tamen,
Ne ab aliquibus malè digestæ hæ paginæ
Pariant indebitam sanguinis efferuescentiam,
Nè Phlebotomiæ
Sentiant aculeum.

Plaudebat
Petrus Paulus Azzoni
Artium, & Medicinæ D.



PRÆ-

Sylvius Aeneas

Brissonius Barn

A

Aristophanes

Armstrong Macchius

Asinius

Athanasius Vossius

Avienius

Avisonius

Alpinius Prosper

Amatus Lusitanus

Amsonius

Alvarez Ferdinand.

Averroes

Antonius

Alexander Aphrodisius

Anonimus monachus

Anonimus Anglus

Anonimus Veneti

Andrichius Mich. Ang.

Augustinus Leon.

Alting

Anacreon

Agellius Noctes.

B.

Bruno Jo.

Bontius Jacobus

Baltonius Guil.

Boneti Theophil.

Bartholinus Th.

Blasius Gher.

Barbette Paul.

Binningerus Jo.

Bayerianus Hyac.

Bocatius Leon.

P. Boiretius

Broen Jo.

Boyle Robert.

Bayle Franc.

Boretius Hisp.

Borellus Petrus

Bootius Arnold.

Bravo Gaspar

Bosellus Hipp.

De la Boe Sylvius

Binning Paul. Tyger.

Bontekoe Corn.

Bertius Petr.

Bertius Franc. Ant.

Baco de Verul. Franc.

Boat Barthol.

Boxius Zephirid

Bodinus Jo.

C

Charleton Walter

Cornel. Celsus

Cyrillus Alexan.

Crollius Oswaldus

Calpurnius Andr.

Cornelius Thomas

Curtius Bartholo

Curtius Matthæus

Calvus Aurelius

Chamiana Mariana

Capua Leonardus

Cardanus Hyeron.

Clerici Dan.

Cæsalpinus Petrus

Catullus

Claudianus

Cicero

Cassius Jeor.

Cadè Salomonius

Claudius I. Cæsar

Chifletius Carolus

Calvinus Gemellus

Cruso Jo.

Cardanus P. Jo.

Castro Zacutus Lusitanus

Cornelius Celsus

Cyrillowicz Hier.
Cole Gabr.
Colle Jo:
Cultzianus Jo:
Camerarius Rodolph.
Carcanus Ignatius
D. Carolus Magni Imp.
Carolinus Jo:
Calmoste Franc.
Cordus Matthias

Ch.

Drechsnerus Carol.
Derham Guil.
Demochares
Damenrodt Jebr.
Drusius Lud.
Dyckius Reinelm.
Dodonæus Rembertus
Dodart Claudius
Dissius Rodus
Donatus Marcellus
Decretus Gratianus
Dolsenius Bernard.
Dorinæus Michael
Delrio Martin.
Dolæus Jo:
Dionysius Halicarnas.

E.

Euripides
Ettmullerus Michael
Eschenius

F.

Fabri Jo. Carey
Fabricius Jo.
Fantasticus Hier. Cæs.
Ferrius Stephan.
Fagnanus Prosper
Forestus C. Thilo.
Fabricius Paulus
Fanerus Jo.
Fiarus Martinus
Fernel. Jo.
Ferdinandus Episc.
Fuchsius Conrad.
Fernel. Jo.
Fabra Aloys.
Fourre Ludovic.
Fevrier C. Ludov.
Forestus Petrus

G.

Gherardus Franc.
Gomez
Gabelcouverus Gul.
Genebrardus Gilb.
Greiselius Samuel
D. Jacobus Magni
Guainerius Hieron
Gremp Osvald.
Galenus
Galenus Gabr.
Gesnerus Conrad.
Godinus C. Nicol.
Gratius Sigism.
Georgius Agricola
Guilielmus Bonn
Graf. Regnerus
Gabuchet Jean
Gart Gortrey

H.

Hippocrates
Horatius
Handius Jo:
Hofmannus Zwing.
Hildanus Guil. Fab.
Homerus
Helmontius Joan.
Heurnius Jo:
Hebenstreit Jo:
Hollerius Jacob.
Hartmann. Jo.
Horstius Gregor.
Hofferus
Heinrichmann Jo. Gu
Haverus Royston.
Helvetius Jo?
Heine D. Christian

I.

Juvenalis
Ingrassias Jo. Phil.
Jonstonus

Czioli Joseph.
Cozzi Franc.
Cauchy Ernesta
Claudia
Cetrulea Franc.
Cafsony Jo.
Cauderchiny
Cefsalofsiny Fijer. Jo.
Cauch Simon
Cierf Franc.
Cortiny Jac. Ant.
Cechlinsky Jo.
Capoli Alex.
Capa Joseph.
Citarny Archil.
Candiey Ignac. Joseph

D

Dyckenbany Joseph.

F

Fotany Oeba Hiarny
Foardy Nicol.
Fogelny
Fany Jo.
Ficcioky
Firenny Lazary
Fiotany Jo.
Fiocl Franciscus
Fhafie

Folfirichny Guerner.
Fricka Carolus
Fulaady Martiny
Fiwerny reformatus
Fodericy
Famaffiny Bernard.

S

Sonera Franc.
Sonera Mortd.
Siny Joan.
Sandrony Sanctor.
Sonbrony Simon
Sennerny Jan.
Siragny Mich. Aloys
Sriehny Henr.
Severiny M. Ant.
Severiny Petry
Silvatiny Bened.
Sydenham Thom.
Sannazar. Actius
Serafron Jo
Sbaralea Hiero.
Schalny Jeor. Hem.
Silvester
Siala Dom.
Sophicley
Saxonia Hor.
Sacchy Dom.
Sfardy
Secchany
Scafijer Cæsar

Sereda Hermany
Spicahy Fred.
Schota Valerio
Sefany Sabiny
Sobiny Jul.
Sibily Fabian
Schenchny Jo.
Sabiy Petry
Sabmuchny Chri
Sabriny Ant. M.

T

Tauny Jan.
Tiraquelly And.
Tufsony Nicol.
Tendny Dom.
Tafny Tognes.
Theodericy
Terenzy
Trabachny Hier.
Turiny And.
Trifanny Vic.
Trippaldelly Vict
Tordny Lucas
Tobi Franciscus
Tournefortius Joseph
Franciscus Carolus
Tonelly Dom.

V

Valisneriy Ant.
Virgilius Polydor.
Vlfchy Thomas
Volfius Jo.
Valkenbola Fran.
Vander Linden Jo. A
Vevreny Laur.

PRÆFATIO.

PHlebotomia maximum rei Medicę inſtrumentum, firmjuſquè contrà Libithinam præſidium, ubi à toto ferme Orbe excipiebatur encomijs, ordinario Illuſtriorum rerũ fato in maledicos incidit Ariſtarchos; antiquumque eſt Artis Patrem Æſculapiũ imitata, qui, ſicuti apud (*a*) Hippocratem Democrito, *dum ſervaret Homines, fulminis ictus gratiam accepit*. Prurit enim in quorundam animis inanis famæ moleſta tentigo, ut velint etiam publico malo ſibi emere nomen. Virulentis tamen ipſorum contumelijs adeò fœlicitèr uſa eſt, ut ejus cultui novi ſempèr acceſſerint devoti, cùm in Ejus gloriam majore ingenio conſpiraretur. Autopſia ſcilicèt acritèr ejus partes ſuſtinente tùm antiquos, tùm recentiores Hoſtes laudabilitèr ſuperavit; imò ſæpiſſime ad ſua vexilla accurrere trepidantes vidit, quos noverat in Conjuratorum agmine tumere inimicos. Accepta igitùr, & ubicumquè exculta præclarum agit de irriſis obtrectatoribus triumphum, & familiari ſervatorum Hominum hymno celebratur.

In hac tamèn Urbe, ubi ejus merita prædicare eſſet

a In Epiſtola ad Damag. n. 37. pag. 6

eſſet addere Cœlo faces, & dare Alcinoo poma, inventus nupèr eſt, qui gloriolam in ejus oppreſſione ſibi pollicitus veluti Reã mortis vocat ad ſeverum EXAMEN. Sed oh quale Examen bone Deus! Quis Actor, qui Iudex, qui Teſtes? Unde nam reitatis capita, & Proceſſus occaſio? In Foro meherclè incompetenti res agitur; Judicis enim incõveniens occupare ſolium propria ipſe voce, & Prophetico Oraculo confeſſus eſt: (*a*) *Non ſum Medicus*. Oh duo verbula totam Apologiam claudentia! Facta autèm in Regularium Cœnobio Sanguinis cauſa, quomodo non erit irregularis Proceſſus? Contrà prætenſam Ream aùt producit calumnias mille iã refutatas Judicijs, aùt tortis loris, & Equuleo Auctoribus diſsonos vulgatę ipſorum ſentẽtię eripit ſermones, quos variè reſecat, diſcerpit, & mutilat, & ſi quæ verba ſibi obeſſe ſuſpicetur, in Examinatorum Teſtium ore protinus ſtrangulat. Reitatis Capita, ex ipſo fonte ducuntur, ex quo Phlebotomiæ merita, quemadmodum, vt canit lepidiſſimus Poeta (*b*)

Suggono dà un ſol Fior nei Campi Iblei
Ape benigna, e Vipera crudele,
E ſecondo gl' iſtinti o boni, o rei
L'una in toſco il converte, e l'altra in mele.

Sèd, quòd pejus eſt, iniuriam ſibi impactam tolerare non poſſunt *Iuſtitia*, & *Charitas*, & ad Veritatis ſolium firmo ſacramento proteſtãtur, ſe malè prò occaſione injuſti Examinis accipi, nunquàm ſentire mortalium perniciem ſub ipſarum

a In Præfatione. b Marini Canto 8. ſtanza. 5.

lo stesso

rum fuco perſonari, ſuumque forſan nomen ex vitioſo illo apud Senecam (*a*) Onomaſtico decerpi, in quo *Vitia nobis ſub Virtutum nomine obrepunt*. In hoc itaque Foro inſtitùto criminali Proceſſu, innocens, & de toto Orbe benemeritum remedium ſola tàm illegitimi Judicis libidine æterno mulctatur exilio.

Damnoſa tamèn hæc ſententia, ipſoque Juris decreto non tantùm nulla, ſed improba (*cum culpa ſit ſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti* l. culpa ff. de reg. Jur.) ſtatim ac ante Oculos plenę Phlebotomiæ laudibus Urbis ſtetit Judici amplum miſerationis vectigal exegit à Doctis, riſum ab indoctis, nàm

— (*b*) *facilis cuivis rigidi cenſura cachinni*

Nihilominùs nùnc, ubi execranda temporum calamitate (quod olim flebat (*c*) Plinius) *in hac Artiũ ſola evenit ut cuicumque ſe Medicum profitẽti ſtatim credatur*, & licet impunè, ut juſtè iraſcitur (*d*) Charleton, *ſpurcidicis Lenonibus, indoctis Parochiarum Sacrificulis, Chymiſtis Carboniperdibus &c.* circà rem Medicam inſanire, potuerit ſanè Theologus ab Animæ negotijs aliquantisper feriari ſacroſque Oculos corporali etiam valetudini admovere: Non adeò tamèn tutè neque in Conſcientiæ Foro (liceat Medico Theologum agere, dum & Theologus Medicum) latæ contrà Phlebotomiam ſententiæ acquieſcerem; videor enim reminiſci, obſcuroque mihi ſono circa

a Epiſt. 46. *b Iuvenal. ſat.* 10.
c Hyſt. natural. lib. 29. *cap.* 1.
d In Epiphonemate in Medicaſtros.

ca aures ludit decantatum morale axioma, imò, ni fallor, in ipso Libello Graviſſimi huiuſce Viri (*a*) indicatum eſt, *teneri ex conſcientia Medicum tutas, communes, & probabiliores ſequi ſententias.* Quomodo verò abortiva hæc opinio cum Phlebotomia certare poterit ſecuritate; quæ ſpecificis à magno Naturę gremio cęca ut plurimum ſedulitate eruendis omne ſanandi morbi negocium mandat, & expertiſſimum remedium deſerens oh quoties toto aberrat Cœlo? Audacter ad Annales omnium temporum provoco, qui velint videre infinita morborum genimina certò, & tutè pia Lanceola iugulata; Auctoremque noſtrum, ne longa Practicorum viſitatione fatigem, compendio duco ad ſuum Mangetum (*b*) cujus labore tantoperè contrà Phlebotomiam abuſus eſt, ut audiat dicentem: *Nos cum Rulando Phlebotomiam ità diſtemperamus, ut urgente neceſſitate, & indicationibus ſatis manifeſtis nunquàm tutò ab ea deflecti poſſe ſtatuamus.* Quid denique ipſa communius? quid probabilius? Siquidem vix aliquot Adverſarioli ſtudioſa ſylloge in opella colligi potuerunt, qui opponerentur infinito ferè Propugnatorum catalogo, uno verbo, quotquot Medicinam cum laude fecerunt, vel faciunt. In utroque autem Foro libens acquieſco Magno ſimul Theologo, & Romano Archiatro Zacchiæ (*c*) En ejus digna Tripode verba: *Contra verò damnandi, & puniendi etiam ſunt Medici illi, qui remedia quædam celeberrima apud Medici*

næ

a pag. 230. *b Biblioth. Medico-pract. tomo* 2. *lib.* 6.
c Quæſt. medico-legal. tomo 2. *lib.* 6. *tit.* 1. *quæſt.* 7.

pag.

nè *Artem omni ſæculo canonizata reſpuunt, & ob propriam quandam Hæreſim ea maximò cum Ægrorum præjudicio prætermittunt, abſurdis quibuſdam, & inſulſis rationibus inhærentes. Tales ſunt, qui ſanguinis miſſionem negligunt &c.*

Inanem itaque,& undequaque periculosã ſententiam licèt perſequi fermè ſit ſupervacaneum, tamen (exercitio litterario horis ſubciſivis per ocium indulturi) ad Experientię Magiſtratum, procurante Ratione appellamus. *Ratio* enim,ut ajebat Architas(*a*) *totius rei conſtitutionem delineare, Experientia de ſingulis judicare poteſt.* Hoc enixè poſtulant *Juſtitia, & Charitas* injuriosè nimis in partem deriſæ ſententiæ vocatæ, ſuumque nomen ab odioſo officio redempturæ.

Patere interim Cl. Vir *Examen* tuum Examini ſubijci, interrogari Teſtes, juſta trutina ponderari ratiunculas, ut in Foro incompetenti *EXAMINATA* injuſtè *Phlebotomia*, in proprio eadem Foro ſit iuſtè *ABSOLUTA*.

NOI

a In additionib. ad Diogenem Laertium.

NOI
REFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOA.

HAuendo veduto per la Fede di reviſione, & a[p]provazione del P. F. Tomaſo Maria Genn[a]ri Inquiſitore nel Libro Intitolato Phlebotom[ia] Abſoluta ad poſtulationẽ Iuſtitiæ, & Charitat[is] Reſponſiones Apologeticę Caſparis Cucchj M[edici] Doctoris non v'eſſer cos'alcuna contro la Santa F[ede] Catolica, & parimente per Ateſtato del Segr[e]tario Noſtro; niente contro Prencipi, & buoni coſt[u]mi, concedemo Licenza alli Fratelli Roſſi Stam[pa]tori in Bergamo, che poſſi eſſer ſtampato, oſſe[r]vando gl' ordini in materia di Stampe, & preſenta[n]do le ſolite copie alle Pubbliche Librarie di Venetia & di Padoa.

Dat. 7. Decembre 1720.

(Gio: Franceſco Moroſini Cav. Reff.
(Franceſco Soranzo Proc. Reff:
(Pietro Grimani Cav. Proc. Reff.

Agoſtino Gadaldini Segr.

CA-

CAPUT I.

Diluitur quidquid Vir Cl. congregat, ut probet

Phlebotomiam pro minuenda in remedium ſanguinis quantitate non eſſe admittendam.

INcipiamus ergo ab impoſitis calumnijs inſontem Lanceolam purgare, & ſingulos, ut ajunt, Equinę caudę pilos quietè convellere. Neque enim Peripatetica formula nobis placet obſtrepere, neque liberiora convicia ſatyricis Jambis ulciſci, aut inſolentiùs in eum garrire, cui

——— *(a) dira libido*
Moverit ingenium ferventi tincta veneno.

(*pag.* 1.) Hanc itaquè ſeriò, & accuratè telam explicaturis primum continuò Caput offertur, cui ſuſtines Vir Cl., *Phlebotomiam prominuenda in remedium ſanguinis quantitate non eſſe admittendam*, univerſamque hanc rem in tria puncta eleganti ſectione diſtribuis. Priore *non dari in Animali*

(a) *Perſius ſat.* 3.

mali ſuperfluam ſanguinis quantitatem probas; cundo *hac etiam admiſſa nullum timendum eſſe culum ;* Tertio *etiamſi timeantur pericula , null nùs ad Phlebotomiam recurrendum .*

Totũ autèm fermè hoc Caput(ne iraſcare danti) ijsdem propemodum verbis ab Orna ſimo Viro (*a*) Sebaſtiano Rotari circa ex mas elapſi ſæculi periodos vernacula lingu lucem datum , oh quam egregia vertendi fc citate , honeſto , fidelique ſtylo Latio don Nequè vnquam ego illis aſſentiar , qui rem ſolo cortice ſpectantes , non ſine aliqua tuę V tutis injuria , vulgare præcipitantèr auden quod

(*b*) *alio coquente ollam paratam aufers.*

Tuæ potiùs prudentiæ meliore ſanè judicio buero , qui cum in Arte nedum à limine ſalu ta non admodũ difficili Philoſophia cognover

—— (*c*) *quàm ſit tibi curta ſupellex,*

in arenam deſcenſuro valida , ut viſum eſt , ce brati Medici arma tibi compararis .

Aſt hęreamus Opellę. Ut autem pinguiore M nerva , larvam unicuique argumento detra mus , tuam ex D. Rotario methodum ſequi , diſcriminatim ſingula puncta confutare anim eſt .

PUNCTUM I.

ET hic ſtatim video , quanta tibi iàm adeò Homines *Charitate* ardenti , acceſſerit v neran-

a Ragioni contro il Salaſſo ſtampate in Verona l'an 1699. *b Ariſtophan. in Equitibus . c Perſius ſat.*

neranda in Deum religio, qua *ſanguinem peccare in humano corpore prænimia quantitate* negas, veritus divinæ injuriam facere Architecturæ. *Hæc enim aſſertio*, ut acutè inquis, *Naturæ inſultat, & Naturæ auctorem redarguit, quod ſcilicet Vaſa minora cuderit, quam eſſe debeant, & totius ſanguinis incapacia*, atque adeò videatur Phlebotomo corrigendos ſuæ improportionis errores reliquiſſe.

Perbellè quidem, ſed nimis ſubtilitèr; Delicatulũ enim ingenium tuum huiuſmodi Philoſophia in omnium fere morborum hyſtorijs facillimè torquebis, ubi ſquallidam ipſorum progeniem libuerit paulisper inviſere, deque eorum geneſi paucula quædam interrogare. Quippe cum totum Animale moderamen, ut enucleat (*a*) Charleton, mirabili Mechanices lege peragatur, inque ſingulis humani corporis partibus determinatæ magnitudinis, & figuræ poruli, proportionatas tantum particulas ſecreturi reperiantur, undè & nutriendarum partium tubulis nutritiæ, & ſecretoriarum meatibus excrementitię exactè reſpondeant, ubi craſſiores factæ moleculæ diuerſamque figuram ſortitę, diſproportionata foraminula pervadere prohibentur, tùnc parantur morbo cunabula, & ſivè ociari perfectivas, ſivè depurativas ſecretiones contingat, hinc Inflammationes, dolores, Hydropes, Icteri &c., illinc Atrophiæ, Paralyſes, Fatuitates &c. tota deniquè ægritudinum familia hiſce cardinibus fermè ſuſtinetur. Hìc autem à ſimili ſcrupulo non tam facilè te expedies, po-

a De Œconomia Animal. Exercit. 7. pag. 139

teriſque eadem ratione Deum redarguere, cù impares exernendis pinguioribus etiam atomi meatulos, & cuicumque figuræ inconveniente formarit. Sed, ſi adhùc craſſiore eges exemplo proportionis ignorãtiam eadem formula in De ſuſpicareris, ubi anguſtos nimis Ureteres, & Ve ſicæ Cervicẽ eliminando calculo deprehendere.

Nos Nos, Cl. Vir, hanc partium harmoniar deſtruimus, nos ſuperfluo ſanguini materier damus, deque noſtris incommodis divina oper impiè accuſamus; quæ, ut ait Ethnicus etiar Theocritus (*a*)

—— —— *ſono tutte in lor ſante, e gioconde.*

Dùm enim multiplicati Calices læto Numir quotidiè litantur, dum varijs ſaginamur cib exquiſito gulæ ingenio ad ventris libidinem ſe lectis, unde Satyricus (*b*)

Obſequium ventris mihi perniciosius eſt,

dum vili ocio marceſcimus, licet fruſtrà à ma gno Sene (*c*) docti, quod *homo edens ſanus eſſe nc poteſt, niſi etiam laboret*, dum denique in tam ex tranea vivendi regula

(*d*) *quærit ſe natura, nec invenit* ——

quid mirum ſi imminutis perſpirationibus, ac ſe cretionum muneribus feriantibus, & abunde ſanguis, & torpeat?

(*pag.* 2.) Ne ſtupeas ergo huic ſanguini ſuper fluo regularitèr excernendo nulla à Deo conſe crata foramina, cum videas ipſi Deo injurioſum

Hinc

a Teocrito d'Anton-Maria Salvini nel Frammen di Bione. b Horat. lib. 2. ſat. 7. c Hippocrates li 1. de dieta n. 1. d Petron. Arbiter in ſatyrico.

Hinc tuis te ipſum retibus capio. Potuit enim Deus menſtruo ſanguini ſingulis menſibus per proprios ductus exitum procurare, ſed nè obeſſet *inutile individuo*, quod voluit *neceſſarium ſpeciei*. Potuit excrementis parare per Inteſtina particularem exeundi viam, ſed ne *partibus hiſce fœculentis, inutilibus, perniciosis*, quibus *exonerari Natura indigebat*, corrumperetur inſtituta ab ipſo rectæ nutritionis regula. Non debuit ergo particulares canaliculos ſuperflui sãguinis excretorios formare, ſi hunc laceſſita præter Eius inſtitutum Natura cogitur in ſui damnum procreare. Cur faceret Deus Lurconibus, & Popinonibus impunitatẽ? Adde hæc clariora. Fluunt regularitèr ab omnibus Fœminis conceptioni idoneis Catamenia, excernuntur à ſingulis mortalibus fęces. Plethoram in unoquoque Homine non vides, imò dùm in aliquo datur, aut morbus eſt, aut morbi mater. Niſi ergò fruſtrà aliquandò operari Deum velis aſſerere, ijs tantum oſcula iſta regularitèr ſanguinis plenitudinem diminutura diſtribuere debuiſſet, quos Plethoricos futuros prævideret. Vide quæſo Vir Cl. tuæ pulchræ rationis elegantiam, & robur.

(*pag.* 3.) Sed iàm quaſi oblitus Plethoræ ad contemplanda Naturæ Phænomena me vocas, ut Brutorum exemplo nunquàm ſibi ſanguinem detrahentium Phlebotomiæ vanitatem convincas. Et ſtatìm Animalium ſynopſim mihi obijcis, quæ ſolius Naturæ conſilio in ſuorum morborum medelam ſelectas quaſdam herbas uſurpant; Subdis deinde ex univerſa Brutorum pro-

ſapia ne ullũ quidem ſibi Venas aperuiſſe;febrir armatum dente,& ungue Leonẽ,& à ſuo ſangu ne abſtinere; denique aut inter Plinij comment numerari hyſtoriam Hipopotami Venas ſupe arundinum cæſuris ſibi pungentis ad ſuarum a gritudinum levamen, aut hic non convenire.

Narratas profectò Brutorum hyſtorias adm ratione ſæpius excepi; Cum enim ipſa, ut eluc dat ſubtiliſſimus Charletus; omni fermè ſenſ deſtituantur, & ſolæ animalium ſpirituum im preſſiones in proportionatis organis factæ iuxt certas motus regulas animæ vicem ſuſtineant difficultèr aſſentior hac in re incognito quodar inſtinctu humanam tàm longè vincere cognitic nem. Fortuitò potiùs hæc aliquando evenir curioſiſſimo Naturæ indagatori (*a*) Vallisneri conceſſerim, cui certis obſervationibus compe tum eſt,ea non uti narratis ſolummodo à te he bis, ſed etiam alijs ſimillimo exitu, his non a cedere ægrotantia ſolum,ſed ſana; abſque Ch lidonia oculorum uſui ſe reſtituere Hyrundinẽ (quod etiam ſubſannavit (*b*) F.Redi,& olim (C.Celſus);abſque gramine vomitũ accedere can præterque ipſas herbas, & cum modica lymph quantitate aliqua malè cocta ciborum fruſtul nil noxium in eductis procurato, ut ajunt,vom tu rebus inveniri. Has itaquè Ego, ut venera biles antiquitatis fabulas, credulo nimis anim à poſteritate ebibitas, & luſoria quadam obſe uatione firmatas, ſubque fictitio Naturæ nom ne venditas cum laudato Auctore libentiſſim

exclu-

a Gall. di Min. t. 4. b Eſp.nat. p.12. c lib. 6. c.6.

d sententiam Cl. Charteyrus et elucidat inter alios
accuratissimus Bardesius ||

|| De la connoissance de soi même pag. 387 ||
tome vacuus

Solin. in Polyhistor. cap. 35. pag. 309. Am. Marc.
lib. 22. pag. . Oliar. Sokol. ad Solin. l. c.
Virgil. de Aen. interpr. lib. 1. cap. 11. pag. 59. -
en. grand dictionaire hist. sacr. pag. 539. & 47.

Thes. Adrovand. de quadrup. digit. lib. 1. cap. 2.
Mariejart. de variet. Rerum. 3. pag. 161. Mercat. de
rend. ergid. usu. lib. 1. cap. 4. pag. 450. Paleg. de an.
& hom. gen. lib. 1. pag. 44. Thom. Scaram. thes.
pag. 2. Stanger. Franc. de la porte chap. 5. pag. 62.
negue Crim. Solin. Plin. Varro. &c. Ludamb.
Thom. Imol. approbans inter historicos
Julius Solinus Ammianus Marcellinus Leander
Olivarius, Polydorus Virgilius, Ludovicus Moreus
inter medicos Thes. Adrovandus, Cesar Marejart.
Ludovicus Mercatus Ambrosius Pargus, Jobsaptus
Scaramuccius, & Stangerus, D. Andreas Matthiol.

Solin. in Polyhistore cap. 35. pag. 309. Am. Marc.
lib. pag. . Oliar. Sokol. ad Solin. loc. cit. Polyd.
Virgil. de rer. inventor. lib. 1. cap. 11. pag. 59.
Matthiolus lib. 2. pag. 253.

Polydorus Virgilius & Scaramuccius
& Pargus & Mercatus & Cæs. Marejart.

Thes. Adrovand. de quadrup. digit. lib. 1. cap. 2. Mercat. de anim. affect.
lib. 1. pag. 44. Thom. Imol. pag.
lib. 1. pag. 44.

excluſero. Quæ ſi ità eſſent, omnis tui argumenti color evaneſceret. Dic enim, quæſo, quis Beſtias feriendæ ſibi Venæ locum doceret? quomodo unum tantum Vaſculum non dilaceratis proximioribus ſcinderent, undè extrahendi ſanguinis menſuram colligerent, quo denique pacto ipſum immoderatè fluentem coercerent, quibus faſcijs aperta Vaſa occluderent, totalemque exitum prohiberent? Finge tibi febrientem Leonem ea, qua maiore vis, elegantia enormes illos ungues, quibus duriora etiam Animalia diſcerpit, ſuis, ut innuis, Venis admovere; nonne, ùt ùt delicatiſſimè agat, non tantum tenues Vaſorum tunicas effringet, ſed & conſitos ibi muſcolos, & nervos auferet, unde alto vulnere facta erumpenti liquido via, nemine eius exitum retardante, vel ſiſtente, propria brevi interibit carnificina,

(a) *Sanguinis effundens per hiantia Viſcera rivvm?*

Quando verò ſupradictis hiſtorijs ſit dãda fides, cur non etiam narrationi Hippopotami, de cuius rei veritate à non illiteratis Viris multa approbantur? ~~Neque enim ſolius Plinij narratio eſt, ſed eandem præterea (b) Solinus, (c) Ammianus, Marcellinus, (d) Olivarius, (e) Aldrouandus;~~ & prò ingenioſo Naturę ſanguinis miſſionẽ expetentis indicio recognoſcit (f) Crollius, licet in Paracelſiſtarũ Collegio nõ infimã teneat ſedem.

a *Sil. Italic. lib.* 20. b *In Polihyſt. cap.* 45. c *lib.* 22. d *Schol. ad caput* 45. *Solini.* e *de Quadrup. digitatis Viviparis lib.* 1. *cap.* 12. f *De Signaturis rerum fol.* 82.

Si velis tamèn Brutorum opera in naturalem hunc inſtinctum referri, ut tibi placeam, indulgebo Vir ſpectatiſſime. Ne ſperes tamèn ullum inde tibi ſuffragium. Cur enim ipſa minuendæ ſanguinis ope indigeant? Cur Venæ punctionem à providæ naturæ manu extorqueant? Neſcio quam ſanguinis copiam generent, quorum mentem ſam crudis ſolum herbis viridantia Prata inſtruunt, quibus garrulus riuulus, aùt rapidum Flumen aridas fauces refrigerat, quæ ingenio ad rebellandum deſtituta, motricis, ut vocas, Naturæ mandatis cæca obedientia obtemperant. Neque adeò primis illis tũ vagientis, tùm adoleſcentis Mundi temporibus Venæ ſectione, aut copioſa nimis medicina indiguit fęlix illa ætas,

(a) Facili quæ ſera ſolebat
Jeiunia ſolvere glande,

& cui

Somnos dabat herba ſalubres,
Potum quoque lubricus Amnis,

unde ad rem Moralis Philoſophus: *(b) Medicina quondam paucarum fuit ſcientia herbarum, & Deindè in hanc pervenit tàm multiplicem varietatem nec eſt mirum tunc illam minus negocij habuiſſe firmis adhuc ſolidiſque corporibus, & facili cibo, nec pocartem, aut voluptatem corrupto.*

Niſi itaque meliora afferas, hæc nihil probant & tibi ſunt ſiculneum, ut ajunt, præſidium. Sequatur autèm, qui vult, relicta humana autopſia, Brutorum exempla.

(*pag.*4.) Poſt hæc redis inconcinno ſaltu ad deſtruen-

a Boethius de Conſol. Philoſ. lib. 2. *b Seneca Epiſt.* 9

deſtruendam Plethoram, poſtquamque Divinã manum prò humani corporis fábrica miris laudibus extuleris, crambemque recoxeris, quod pateant excernendis menſtruis Vaſa, non excernendo ſuperfluo sãguini, concludis, quod *Natura non elaborat, niſi ſanguinẽ corpori nutriendo neceſſarium, cujus ſignum evidens eſt, quod ſana, & ſufficientèr paſta ceſſat cibi appetitus.*

Fateor & ego, quod, ſi Naturæ obſequeremur, debitas illa menſuras non excederet, ſicuti etiam ſufficienter paſta cibi appetitum dimitteret; ſed gulæ laſcivia ad talem conditionem homines modo perduxit, ut mille condituris gignẽdæ auiditati inventis depravati cibi ſerviant (*a*) Senecæ verbo) *non ad tollendam, ſed ad irritandam famem*; adeoque quorundam hominum ratio victus ea ſit, qualis (ſcribente (*b*) Lipſio) *ratio victus gladiatorij, ut ſalvi eſſe ſine medico non poſſent; large enim edebant, & bibebant, & dabantur velut in ſaginam.* Itaque ſanguis, qui ex (*c*) Hippocratis teſtimonio, *à nimio cibo, & potu incipit abundare*, crapuloſo hoc vivendi genere notabilitèr augetur, feraſque tragœdias excitare parat, niſi opportuniſſimo Lanceolæ auxilio diminuatur.

(*pag.4. Ex Domino Rotario ad verbum pa.1., & ſeq.*)

Poſt inutilia tandem hæc argumenta *ex ipſa Vaſorum conſtitutione* inimicam Plethoram conaris explodere. Et hic quidem manum admoves doctiſſimo D. Rotarij opuſculo. Quæ enim huc

 uſque

a Supradicta Epiſt. 95. b Lib. 1. Saturnal. cap. 14. c De ſanit. tuenda ad Mœcenatem.

uſquè exaraſti, aùt tua ſunt, aut ſi aliundè mutuata, non certè à Cl. Veronenſi. Priùs itaquè totum Maſſæ ſanguineæ aggregatum in humano corpore ordinario viginti librarum calculo definis; mox extremum, ut vocas, pondus iuxtà Cl. Cl. Virorum ſtateram in 25. libris accipere non recuſas; triginta quoque eſſe (quæ fuit (a) Avicennæ opinio, & Rolfinkij) blandiſſimè conſentis; imò liberalitèr alias quinque per imaginativam indulges. Audacter inde jactitas, te *in hac hypotheſi, ut palpabile manibus demonſtraturum; quod triginta quinque libræ ſanguinis facile continentur intrà Vaſa*. Sic credendi anſam habes ab ipſa Vaſorum textura, quæ *non ænea, non ferrea, non rigida, ſed apta dilatari, prompta extendi* Divinus humanæ Machinæ Fabricator formavit.

Videamus modò attentè,

(b) quid dignum tanto ferat hic promiſſor hiatu;

Deficit enim ingeniolum meum, & ignorare me fateor, quo pacto tanta, ut ampullosè prædicas, facilitate Vaſa regere poſſint adauctum immanitèr ſanguinem. Dilatari quidem ipſa aliquando non modicè, utpote laxioribus tunicis ditata & vidi, & legi, ſed lamentabile ſempèr ſanitatis præjudicium deterritos mihi oculos turbavit. Non enim ab aucto immanitèr ſanguine ſimplex nos infelicitas premit. Nempè cum ad ſervandos perfectæ ſanitatis canones, præcipue liquidorum ad ſolida in imprimendo, & recipiendo reſpectivè impetu proportio requiratur; adeoque determinata fluidi quantitas, & determinata velocitas,

a *Apud Lucam Tozzi.* b *Horat. de arte Poet.*

citas, cumque ut pellantur à ſolidis fluida, majus certè momentum preſſioni ſolidorum, quam liquidorum reſiſtentiæ neceſſarium ſit; vbi tumuerint ſuperfluo ſanguine Vaſa, aucta mole liquida fortiùs ſolidis reſiſtent, adeoque Fibra tendetur, purpureiſque globulis ab impedito ipſius elatere non ſat promptè impulſis perennis ille cruoris motus paulatìm fatiſcet. Hinc nequè ſatis comminutæ rudiores lenteſcentis ſanguinis particulæ ſecretorijs porulis reſpondebunt; nequè tam facilè à nimietate obruta ſuo ſyſtaltico motu reſiliet Glandula; Adeò verum eſt, quod conſiderat immortalis (*a*) Baglivus, infinitas morborum propagines ab hoc ſtipite recta linea derivari. Et eheu profectò hominis adeò ſanguine turgidi

(*b*) *Vita revera non eſt vita ſed calamitas*,

cui Inflammationes, Hemoptoes, Grumeſcentiæ, Syncopes, alieque miſerrimæ Ægritudines expectandæ ſunt, quæ *facillimè*, ut fatetur tuus celberrimus (*c*) Tozzi, *Athleticis corporibus accidunt, quoniam ſanguinea Vaſa ob nimiam plenitudinem ſummè turgent, adeoque vel diſrumpi, vel comprimi neceſſe eſt, impedito intereà Cordis, & ſanguinis motu.*

Aſt grates tibi ſolvendæ nimis meæ ſententiæ generoſo: Quantum enim cum ſanitate concordare poſſint dilatata Vaſa, abundè probant omnes Anatomicæ obſervationes à D. Rotario collectæ, inque tua Opella tranſcriptæ, aut certè ex

ijs

a In Libris de Fibra motrice. b Euripides in Alceſte. c Com. in Aph. 3. ſect. 1.

ijs omnes illæ, quarum ſcriptores ex meo, alijsque accomodis Muſeolis licuit faciliùs eruere.

Licet autem prior, quam ex (*a*) Uvilliſio obijcis hyſtoria tibi favere videatur, dum Arteria Vertebralis plus triplo dilatata Carotidis dextræ oſſeæ factæ defectum ſupplebat, & ſanguis duplici rivo in eundem alveum ferebatur; atrox tamèn indè Capitis dolor initio ortus, ut enarrat laudatus Auctor, quòd *ſanguis dextra Carotide excluſus cum in ſiniſtram impetuoſius irrueret membranam diſtenderat*, meo alludit ſermoni. Sed prò rariſſimo hoc miraculo edendo Naturæ opitulari potuit particulare Capitis privilegiũ, quo *ne uſpiàm in quavis cerebri, aut appendicis eius intrà Cranium parte ſanguinis affluxus deficiat, ſingulari*, ut expreſsè inquit, *artificio cautum eſt*. Hinc accuratus tanti Viri oculus tenuis Meningis Vaſa ità conſtructa notabat, ut fermè *ſecus quam in ulla præterea corporis parte*, non tantum Arterijs Venæ, ſed quod rarum, Arterijs Arteriæ ubivis mutuò occurſarent, hoc ſibi viciſſim officium præſtituræ, ut obſtructo unius lateris Vaſe excluſum inde ſanguinem Vas oppoſiti lateris hoſpitaretur, & ſolum utrique provinciæ proſpiceret. Si velis tamen ex ipſo Uuilliſio extenſorum in capite Canalium damna cõſiderare, percurrenti de Cerebri Affectibus pathologiam (*b*) occurrent Cephalalgiæ, Paralyſes, Apoplexiæ, & ſimilia mala ab hac cauſa manifeſtè prognata.

Cæ-

a De cerebri Anatom. c. 7. b Anim. Brutorum parte 2. cap. 2. & cap. 8. & 9., & alibi.

ut certe ea ijs egregia conferet vtilitas
ithijs verbotenus quae superius docuimus Ch. Martinus
Lipenius sed vberius tractat ad sanguinis mictum
spectantia absque sanguinis emissura
potest fieri. nec mutuo imperare caput
sive emissura sanguinis neque supra
modum vti copiosiori requisitum naturae
rei amputatum.

de humor. cap. 2. pag. 2. —

Cæterùm tuus (*a*) Wepherus diſsecto quidem Bartholomæi Feer Cranio tenuis Meningis Vaſa in Syncipite ad ſinum tertium meantia vidit, valdè cruore oppleta, & triplò maiora, quàm aliàs extiterint; Sed hic crebris Odontalgijs, & Cephalico affectu miſerè tortus, tandem ſoporoſo malo ſublatus eſt; ad *quam producendam Apoplexiam* (Wepheri verbo,) *nimia Vaſorum repletio in Cerebro, Aquæ redundantia, & Ventriculorum vlcera conſpirarunt*.

Similem tibi aleam ludunt Bontius, & Ballonius. Alter (*b*) enim Cerebri Ventriculos lutea oppletos materia, Venaſque intercurrentes bilioſo ſanguine turgidas in defũcto Milite luſtravit, qui tamen retracto in poſteriorem partem corpore inter extremos Convulſionis cruciatus animam egerat; Alter (*c*) Capitis Venas tabo, & ſanguine nigro abundantes, ac quaſi Varicoſas in diſſecto Adoleſcentulo conſpicatus eſt, quem obſcura Phrænitis modò Febribus, Anxietatibus, Typhomanijs, modo Comatibus, Lethargis, Catochis ſæva diriſſimo interemerat ſupplicio.

Jactet etiam Gliſſonius (*d*) detectas Anatomico cultro in quibuſdam Rachiticis ampliores tùm Arterias Carotides, tum Jugulares Venas, audi præmonentem, *defunctos, quos diſſecuit graviſſimè ante obitum hoc morbo afflictos fuiſſe, ſiquidem ipſi magnitudini morbi ſuccubuiſſe maxima ex parte* ſup-

a De Apoplex. hyſt. 17. b Bontius in Med. Indorum apud Manget. lib. 3. c Ballon. lib. 3. Conſ. 71.
d De Rachitide cap. 2.

ſupponuntur. Recolere autem ex ipſo(*a*) Gliſſonio, (*b*) Majovv; (*c*) & Dolæo opportunum eſt inter pejores hujus Anglici morbi ſatellites Caput plus juſtò majus deſcribi; Cerebrumque duplo, vel triplo grandius.

Hem, Vir Doctiſſime, quam *validè*, quam feſtivè, quam bellè *hiſce obſervationibus* probas *Vaſa Capitalia regere poſſe etiam duplicatam ſanguinis quantitatem*.

(*pag.* 6. *ex D. Rotario ad verbum pag.* 3.)

Canens hoc pacto triumphum, ad Thoracis indè domos me lenitèr manuducis, & ſtatim in Cordis Ventriculis duas, & etiam tres ſanguinis uncias habitare cum Egregijs Anatomicis mones; mòx ad faſtidium longam Auctorum Iliadem recitas, quibus felicitèr pro more extraordinariam ejus dilatationem abſque ſanitatis noxa confirmas. Ut ſingulos evolverem defuit, & tempus, & occaſio. Ex his tamèn, qui meas manus non fugerunt, metiamur, quid ſperandum à reliquis.

Florentini apud Gallos Legati cadaver apertum, tumidiſſimo Corde, & Aortę ore adeo dilatato, ut brachij magnitudinem æquaret (*d*) Laurentij oculos admiratione, & horrore defixit, ſed ille ſubita interierat Apoplexia, quam à tali dilatatione profectam ex Mœbij, Bartholini, & Willis doctrina practicus in hanc Hyſtoriam Scholiaſtes(*e*) Theophilus Bonetus recognoſcit.

Quam

a Ibidem. b Tract. 5. *de Rachit. c Encyclop. Med. lib.* 6. *cap.* 13. *d In Controv. Anatom. pag.* 108. *e In Sepulchr. Anatom. tom.* 1. *V. Apoplexia obſ.* 5.

(1) Enchirid. Med. cap. 31. pag. 104
et traité des Malad. des os 2. 2.
chapitre 13 pag. 508.

Quam ex Blaſio indicas Obſervationem, non mihi citato à te loco reperire indulſit fortuna, & valdè ſuſpicatus ſum Typographi in edenda D. Rotarij Opella errorem à te cæcè devoratum.

Aſt ille pectoris Hydrops, qui pulchram Adoleſcentis Vitam ſubmerſit, ut refert Harderus, (a) nonne ſceleſtum facinus eſt inſigniſſimi illius Polypi in dextro Cordis thalamo mox à Cavæ inſertione deprehenſi?

Generoſus ille Juvenis, cujus Cor tumidum, Ventriculumque dextrum ſolitò grandiorem deſcribit Anglus (b) MaioW, nonne diriſſimæ Palpitationis familiares perpeſſus inſultus, tandem paroxiſmo graviori cum crebris Lypothimijs, & partium extremarum infrigidatione correptus æternum dormivit?

Donatam verò à Divina manu Cordis amplitudinem Divo Philipo Neri hic te crediderim ſolius eruditionis gratia à (c) Cęſalpino indicare; Cum enim amabili morbo genito ab eximię charitatis foco adeo diſtenſum fuerit hoc Viſcus, frequentiſſima Palpitatione laboranti duæ Coſtæ mendoſæ per vim à ſuis Cartilaginibus in ſiniſtro latere abruptę Follis inſtar elevabantur, *quo remedio*, exclamat Cęſalpinus, *divinitùs ſervatus eſt*, *ne extingueretur uſque ad annum* 80. Hoc autem loco liceat innuere citatum Auctorem, tractatiunculam de Cordis palpitatione abſolvẽtem inter cęteras mali cauſas redundantiã cruoris recenſere, & curationem à Phlebotomia auſpicari.

Pueruli,

a *In Biblioth. Medico-pract. Manget. tom. 2. lib. 8.*

b *De motu Muſcul. cap. 7.* ç *Art. Med. lib. 6. cap. 20.*

507

Pueruli, cujus Pulmones accretos, ulceroſos, Cor ſtupendæ magnitudinis nigerrimo ſanguine extenſum obſervavit Greiſelius, (*a*) miſerrima vita fuit, miſerrima mors. Poſt longum enim Palpitationis tormentum immedicabili Phthiſeos malo fato ceſſerat.

Ut verò inducendæ Phthiſi favere poſſit Plethora practicum exemplum ex (*b*) Proſpero Martiano in defuncto poſt Hemoptoem Religioſo viro dulcitèr exhibes. Hic itaquè, cum poſt copioſum ſanguinis ſputum Febre acuta interijſſet, ſcrutaturo morbi fontem anatomico cultro, Cor quidem, & circumſita Vaſa ampliſſima monſtravit, ſed & Pulmo conglobato cruore plenus erat, & omnes Venæ circà Coſtas diſſeminatæ mirum in modum elevabantur, unde *totum malum* (pondera quæſo hæc Martiani verba, licet rudioris illius ſæculi, ſed forſan ſolidiore praxi conſpicui doctrinam ferentia) *in ſanguinis plenitudine conſiſtere videbatur, ex quo in eam conjecturam deveni, Hepar attractricem omninò validam habuiſſe cum ſanguificationis robore, cujus gratia ſanguinis copiam majorem producebat, quam ei conveniret, quam cum natura per Pulmones, ut antea, excernere fruſtrà tentaverit, in ipſis Pulmonibus conglobatus, & conſtipatus fervorem contraxit, & Febrem illam ingentem induxit, ex qua fortaſſe ſervari potuiſſet, ſi ſanguinem denuo expuiſſet, aut ſanguis in larga copia ei miſſus fuiſſet.* Ne dubita Cl. Vir; dum tales Patronos habes, viciſti, viciſti certamen.

Eo-

a In Biblioth. Medico-pract. Manget. t. 1. lib. 3.
b Comm. in Aph. 12. ſect. 5. pag 452.

Eodem etiam ſtylo tua vota implet (a) Marchettus, Veneti Hominis tragœdiam recitans, qui ſe illorum Gregi adſcripſerat,

— (b) *quibus in ſolo vivendi eſt cauſa palato.*

Deſijt enim difficultate reſpirationis torqueri, cum fruſtra adhibitis remedijs repentè deſijt vivere. Sanum verò de cætero corpus morbi cauſam in ſolum Cor triplo dilatatum evidentèr rejecit.

Sed cur incongruo (c) Simonis Pauli exemplo nos fruſtrà fatigas? Conſpirarunt enim ad diſſecti Equi in regijs Daniæ ſtabulis mortem omnia ferè membra male formata, ex quorum longo catalogo Cor etiam inſolitæ magnitudinis in ſiniſtro latere durum, cum enormi in Ventriculis Polypo in hanc rem D. Rotarius ſelegit.

Conſultius quoque (d) Mangeto, & (e) Kerkingio abſtinuiſſes. Quorum enim diſſecta Corda horrendos illos Polypos adſtantium oculis obtulere; eadem etiam ſe ob hanc cauſam defeciſſe deſignarunt. Sed quis non videat, quantam ijs generandis commoditatem indulgere poſſit Plethora? Si quidem, ut oſtendit ingenioſiſſimus (f) Knips-Macoppe, ſanguis ob denſam, & ſtrictam nimium texturam (talis profecto non eſſe nequit, ubi fibræ multitudine preſſæ celerem motum non urgent) haud debito fluore gaudens internis Cordis, & Arteriæ parietibus eò inhærere

a *Obſcr.* 49. b *Iuvenal. ſat.* 11. c *Bibliot. Med. Manget. tom.* 1. *lib.* 3. d *Biblioth. Medico pract. lib.* 3. e *Spicileg. anatom. obſ.* 16. f *Epiſt. Med. de Aortæ Polypo n.* 40.

rere poteſt, ut ejuſdem fibrillæ cæteris fluidio
bus dilabentibus particulis prima concretion
ſtamina jaciant, quibus novæ ſemper affluent
ejuſdem indolis moleculæ iniquo ſe copula
conſortio, & creſcente in dies odioſa Epigene
in enormem molem metuendum Polypum e
tollunt. Hac ergo egreſſuro ſanguini tranſitu
præpediente, vitale Viſcus contractorios,
expulſivos motus peragere neſcit, niſi immar
tèr diſtendatur, uſque dum aut copioſo liquic
affatim affluente, vijſque pertinaciùs obſeſſi
aut ab eodem rarefacto, & efferueſcente viole
tèr quaſſatum, nec ſat promptè reſiliens ced
oppreſſioni.

Itaque tantum abeſt, quod monſtruoſæ hę d
latationes oſtendãt immodicã ſanguinis copia
poſſe regi ſine incommodo à Cordis ſpecubus, i
imò formidandæ ſint inter pejora mala, quæ g
gnere poteſt Plethora, cui cruoris intercepti
nes, ac grumeſcentiæ funeſto famulantur cor
mercio. Verum hujusmodi diſtenſiones pro r
riſſimis ſalutari poſſunt prodigijs, ſi conferant
ad diſrupta circa Cordis regionem vaſa, quoru
lamentabiles hyſtorias porrigunt (*a*) Heſſ
(*b*) Poterius, (*c*) Welſchius, (*d*) Bartholinu
(*e*) Donatus, (*f*) Bonet, pluresque alij. Nec pr
teream enormes illas dilatationes potiſſimu
Ægris lento pede fato cedentibus, longoque P

pita-

a Apud Bonet. Anat. pract. lib. 2. ſect. 2. obſ. 29.
b Cent. 3. cap. 60. c In Mictomim. Cent. 3. S. 2.
d Apud Bonet. ſect. 11. lib. 2. ob. 1. S. 2. e Hyſt. mira
lib. 4. c. 9. f Sepulchr. Anat. l. 2. ſect. 11. obſ. 1., & alii

pitationis martyrio maceratis acceſſiſſe, dum Polypus, aliave materies paulatino ſuo augmento Fibras quoque Cardiacas paulatim elongaret, & attenuaret vel ſua mole, vel ſenſim magis arctato ſanguinis exitu, ſævientibus interim proportionalitèr ſymptomatis; Aſt ſæpè Plethora, obortis occaſionibus, copioſum ſanguinem Cordi affatim ingurgitat, à quo Fibræ ſemel graviſſimè diſtinentur, fruſtrà oppreſſum elaterem ſollicitaturæ. Hoc modo repentinum fatum ſubiere ploratæ à (*a*) Salio Puellæ; maximequè illa, quæ plurimo ſanguine abundans, menſtruaque tùnc temporis evacuatione fruens, poſt ingreſſum frigidæ aquæ balneum, hilaremque cœnam deglutitam ſubitanea occubuit Aſphixia. Ita nonnullis hanc ſuffocationem à ſanguine Cordis Antra affatim opplente idem Salius præſagivit, qui Venæ ſectione, alijsque opportunis remedijs fuere præſervati; Alij verò neglectis ſiniſtro Jove ſalutaribus monitis, remedijsque recuſatis, repentina morte defuncti ſunt. Ità practicis, & Anatomicis obſervationibus ſuffocationes, ac Apoplexias familiares æquè Germanis affectus eſſe cognovit (*b*) Riolanus ex *Athletico corporis habitu, quem Venæ ſectione non curant exſolvere*. Sed circa hæc aliò me expectas.

(*pag.* 8.) Nunc hilariter alienis mandibulis rides, dum *extracta libra ſanguinis, quod perpenſa proportione aliud non eſt, quam de decem circitèr guttulis Cor alleviare, toti morbo mederi prætendimus*, quaſi *decem unciæ aut libra ſanguinis eſſet ſuperabundans*

C ne-

(*a*) *De Affect. part. cap.* 4. (*b*) *Encheir. Anat. lib.* 3. *cap.* 8.

neceſſitati corporis, & decem guttulæ Cor pond re opprimerent.

Parce tamèn Cl. Vir mihi liberiùs loquenti Venerationi non deſum; dum veritati lito. T in hac re non tui inſtituti

(a) *Viſu carentem magna pars veri latet.*

Dum enim, celebrata Phlebotomia, laxatur al quantisper torpentis ſanguinis compages, cruo que per Venas præcedens minus reſiſtit ſuccedē ti, emollita, minùsquè preſſa Fibra fortiore redimit elaterem, purpureoſque indè globulo alacriùs propellit: Hìnc accelerato progreſſiv motu, ſolutàque conſtipati ſanguinis denſitat per appropriata ſecernicula multæ dimittuntu particulæ anteà detentæ, maximèque per cuta neos meatulos inſenſili perſpiratione ampliſſim evaporant. Quarè ſingulo circulo immodica mo les decreſcit, atque animale æquilibrium re ſtauratur. Non verò tenemur religione, libra menſuram in peragenda Venæ ſectione nunqu excedere, ſed ubi Plethora jubeat, iteratis inci ſionibus, quantum vires ferant, Vaſa deplemus (*pag.* 9. *ex D. Rotario ad verbum f.* 7.)

Aſt tu nondum ceſſas me Scriptoribus oppri mere, qui nihil tibi proſunt. Abſolve per Apol linem, hanc cantilenam. Si ſanitatem excludas ac vitam, dilatari immodicè etiam Vaſa à Cord prodeuntia, ultroneò conſentiam.

Ex hyſtorijs, quas cumulas, non adeò arrider tibi credidiſſem ſuperiùs examinatam ex Laurē tio Florentini Legati mortem, ut eam hic denuò re-

(a) *Seneca in Hippolit.*

Secunda
Jacobi

ecantares. Neque adeò tibi favit Martianus Hemoptoici fatum ex Plethora deſcribens, ut ipſum in novam ſcenam deferres, niſi forſan Typographicus in D. Rotario error, dum undecimum Aphoriſmum pro duodecimo recenſeret, te credulò vertẽtem ſpe novitatis deluſit. Quidquid etiam ex Hildano ſuſurras, in tota ejus prima Centuria non legitur. Iraſcere Veronenſibus typis, qui te deceperunt. Non admodum effuſo ſudore reperiſſes in undecima, ſi à prototypo mutuare voluiſſes, nõ ab exemplo. Ibi enim *a)* Uxoris Johannis Bagolle fatum lacrymatur, cujus diſſectum corpus varias variè corruptas partes, Venamque Arterioſam in monſtruoſam magnitudinem elevatam, ſeroſique humoris plenam præbuit, poſtquàm tamen miſercula vitam calamitoſam Palpitationibus, Dyſpneis, Sphacelis, Torminibus obnoxiam Tabe clauderat.

De cætero vitiata omnium fermè Membrorũ ymetria, inter quæ præcipuè Arteria magna, ubi ſpinæ inhæret, ampliſſima, alibi cum Vena cava ferè exanguis D. Bucretio crudeliſſimam mortem indefeſſa cruciatuum ſocietate invexit, ut enarrat allegatus *(b)* Doringius. Cor & Aorta latiſſima poſt tres annos calamitatis plenos effera Ventris pulſatione excruciatum Batauum Aetho tradidere, ut *(c)* Bontius teſtatur, quo etiam prodigio ferè deficiens Medicus cadaveris inciſor vocem dedit: *quis rogo non obſtupeſcat, taliter*

a) Cent. 1. obſ. 89. b Ad ſennert. Cent. 1. Ep. 25. c In Med. Ind. obſ. 8.

ter affectum tandiù vitam potuisse ducere? Dupl
quidem ampliatas Cordis Valvulas, & magnai
Arteriam deprehendisse fatetur Ballonius (*a*) i
cadavere Dominici Vaiour, sed etiam ipsu
eodem die, quo Cassiæ bolum assumpserat, reper
tè diei valedixisse; antiquæ Palpitationis long
tormento maceratum lamentatur.

(*pag.* 9. *A D. Rotario ad verbum.*) Sed jam
oscitans te ad infimum Ventrem sequor. Hic st
tim Mesaraicas Venas in Intestinorum moler
dilatatas naraturus occurrit (*b*) Guarimontius
sed in mortuis Hypocondriaco morbo, quos to
quent familiares in ea regione dolores; & *distr
butio*, ipsius vocabulis, *propter nimiam distensi
nem molesta*. Quæ verò subindè affers de major
ribus decuplò in Gravidatione Uteri Vasis, no
egebant adeò longo scriptorum testimonio. Lij
pis profectò, & tonsoribus nota sunt, nequ
omninò tibi opportuna, si velis detracto cortic
intimiùs spectare. Particulare enim Naturæ co
silium hoc fuit, quæ sicuti, admonente (*c*) Hi
pocrate, voluit *& pectora, & mammas, & reliqu
corpus mulieribus laxa, & mollia esse*, dùm è cont
Mas densus existit, & cohærens, & compactus, i
maximè hac structura usa est in his locis, ubi, u
commodè Fætum aleret, consuetos canones al
quo modo debuit violare. Sic, quæ de cætero
Vasorum distensione patitur, hic pateretur, ni
fieret distensio, sicuti etiam, quæ retardatu
sanguinis motum pro ægritudinum stipite fr
quentèr flevit, hìc sedulò procurat, teste citat

à Te

a Paradigm. 73. *b Consil.* 584. *c De Glandul. n.* 1

à Te locis (*a*) Guilelmo Cole. Hoc insuper privilegium tempori alligavit, non loco. Si enim tumescunt à suppressis in Gestatione mẽstruis hæc Vasa, mulierem levant, si extrà gravant. Ut autẽ clariùs videas, quàm injustè hanc Vasorum distensionem, quæ huic officio singularis, ac necessaria erat pro mensura aliarum in corpore citrà noxam possibilium usurpes, considera cum (*b*) Bartholino, quem in tuæ sententiæ confirmationem vocasti, sapientissimum humanę Machinę conditorem, cum videret insontem Fętum ex Plethora Matris persępè periclitari (ubi scilicèt dilatatis ultrà consuetudinem cæteris canalibus, hæc quoque Vasa hanc suam licet magnam, tamen tùnc temporis consuetam extensionem superarent) ex ramis Cavæ, & Aortæ Hipogastricis surculos in Uteri collum distribuisse, *ut per eos*, (Bartholini verba sunt) *Gravidæ Plethoricæ menstrua mittere possint primis mensibus, ubi plus sanguinis suppetit, quam pro fœtu opus sit*. Ob quam rem advertit (*c*) D. Dionis admiratione opus non esse, si pluribus fœminis & menstrua purgatione statis temporibus uti contingit, & Fętum ad debitum noni Mensis terminum felicitèr perducere. Quod si aliqua ex causa hi tubuli sint occlusi, & Plethora urgeat, per insueta etiam loca onus sanguinis quandoque deponitur. Sic quędam Gravidæ per Urinas stato tempore Catamenia emisere, quædam per Vomitum, ut narrat (*d*)

a De Secret. anim. cap. 7. b Lib. 1. de Inf. Ventre cap. 28. c Anatomie del' Homme demonst. 4. sect. 2. d Cent. 3. obs. 36., & Cent. 2. hyst. 54.

Salmuthius, aliæ per Hæmorrhoides, vt ſcribun
(*a*) Zaccutus, (*b*) Doleus, (*c*) & Schenckius, qu
item teſte aliqua ſalubritèr effudit per Nares. E
ędepol, niſi qua via exitũ nanciſcatur ſuperfluu
ſanguis, & depauperetur Plethora, inter cæ
tera mala abortus expectandus eſt; ut in *Gravi
dis numeroſis* hac unica de cauſa accidere dolui
(*d*) Mangetus, in eo fęlix, quod à Venæ ſectio
ne certum accepit remedium, quam ideò juſt
titulo *ſacram ſalutis anchoram* vocat.

Dùm itaquè tua ſcriptà proſequor, rideo di
ductis buccis,

(*e*) *Unde datum eſt vulnus, contigit inde ſalus.*

Dolet citata a te Pentecoſte (*f*) Panarolus i
quodam Ægro jam ſine ſenſu, & motu morti
manibus tradito Venæ ſectionem ſuadente ſe
niore Medico reliquiſſe. Obijt enim omnibu
Venis ſuprà modum turgidis, immanique mol
horibilibus. Hujus autem obitum omiſſæ Vena
ſectioni dexteritèr tribuit (*g*) Etmullerus, & i
hanc Hyſtoriam Scholion edens, ſive potius cen
ſuram (*h*) Bonetus, ſimili prorſus morbo labo
rantem Olitorem larga Phlebotomia reſtituiſſ
gloriatur.

Audio à Veſalio (*i*) in quodam Homine Ve
nę

*a Lib. 1. Med. prin. hyſt. ob. 27. b Encyclop. med
lib. 3. cap. 10. c Lib. 3. obſ. de Hæmorrh., & lib
4. ob. de Gravidis. d Biblioth. Med. pract. tom
14. lib. 14. V. Plethora. e Petron. Arbiter in ſaty
f Obſ. 13. g De Pleth. diminut. h In Sepulchr
Anat. part. 1. ſect. 2. V. ſuffocatio. i De hum. corp
fabrica lib. 5. cap. 15.*

næ Portę ramum ſub Coli Inteſtini fine, & tota Recti longitudine in Meſenterio ductum ad pollicis craſſitiem tumuiſſe. Aſt miſer doloroſiſſimam vitam agens, poſt ſuppreſſum Hæmorrhoidalem menſtruum fluxum, nigro tandem Arquato, & mira Jecoris duritie occubuerat.

Nec ſatis bonis avibus ab Hildano (*a*) emungis patrocinium. Si enim in Petro KiKup per Umbilicalẽ Venã ampliatam facile pennam Anſeris immiſit, huic jam Aſcite laboranti ruptus fuerat nimia tenſione Umbilicus, continuuſque limphej hnmoris per tres Menſes in maxima copia effluxus, enervatę longa humectatione Fibræ elaterem debilitans amplitudinẽ Venæ, ipſo etiam à Morbo redempto, ſervavit.

Sed dic, ò charum Æſculapio, & Apollini Caput, quid auxilij ex his Barbettæ verbis (*b*) tibi accedat. *Vaſa ſpermatica in Fœminis gravitèr aliquando obſtruuntur, ut una cum Teſtibus ad pugni magnitudinem intumeſcant.* Nonne, cum iſtarum partium affectus deſcriberet, hanc obſtructionem ab enormi illa dilatatione denominavit *gravem*, malumque periculoſiſſimum?

Deniquè quid juvat recolere à (*c*) Binningero Puellæ ante plures annos corruptæ, longo deindè à Venere jejunio afflictæ, poſt Hyſtericas immanes affectiones funeſtiſſimum interitum? Collecta ſcilicet copioſè ſeminalis lympha, inter cætera mala, Vaſa præparantia, Teſtes, Vaſa deferentia, Proſtatas mirabiliter inflaverat, ita *ut in*

a Cent. 1. obſ. 47. b Anat. pract. p. 4. cap. 2.
c Cent. 2. obſ. 90.

quibuſdam incoctum, in alijs omninò coctum, craſſum album, & naturale ſemen, alibi ità induratum eſſet, ut ſteatoma referret.

Hæ ſunt obſervationes, quas collegit Honoratiſſimus ille Vir, & vehementèr doleo, quod cum ex ijs tuę ſententiæ promitteres immortalitatem, inexpectatum examen, (ut ajunt)

——— *Coruum deluſit hiantem*(a).

Si quæ deſunt, earum Amanvenſes mihi ad manus non pervenerunt, majore meo incommodo quam tuo, nec operę pretium duxi ipſos ſtudioſius perquirere. Profectò niſi mors obſtaret, ab extranea dilatatione progenita; ut in ſingulis quas congregaſti, hyſtorijs comperimus, ſatis dextro Hercule probares, *Vaſa plus ſpatij acquirere poſſe, & capaciora fieri quãtitate ſanguinis generabili etiam in ſummo gradu*. Forſan oſſeos etiam alveos, quibus in Capite excipiuntur, tenſa Vaſa perfringerent, & comprimentes lateralitèr Pulmonares Veſiculas in Thorace protelarent. Non autèm nobis difficile erit tales *dilatationes naturales* eſſe tecum confiteri, ſed eo pacto quo vocari naturalis etiam mors conſuevit.

(*pag.* 11.) Dùm ita cæcutires in Meridie, aliqua ſaltem veritatis ſcintillula oculos tibi percutiebat, obijciebatque, etiã data immodica hac, quæ ſine periculo ſomnias, dilatatione, sãguinem fermentatione, & orgasmo rarefactum, Canalium per quos ægrè labitur extenſionem aliquandò exceſſurum; hinc aut ipſos diſrumpi, aut aliter individuum lædi periculum eſſe. Opportunè tamèn

a *Horat. ſatyr.* 5. *lib.* 2.

Postremo ex vita brevissima historiola
Henrici à Stöningken quę sic
se habet: Carolus Sara Stockius Lubecen
reperit in puero decē annorum calculum
ibi etiam ex vesica vesicę magnitudinis
ubi quidē bene deus quod ibi placet: ubi
corpus hic integra naturalis que vena si
reperta fuisse crebro quod ibi foeto grandi
utroc[?] enixo ego invenerim fuisse enormes
calculos in puero mortuo ex [illegible] probabile
ex tali morbo. —

1 1 observ. 20. pag. 52

mèn reſpondes. *Sanguis uti concipiunt, ſic rarefactus non eſſet nutritioni idoneus, ſicuti nec Aer nimis rarefactus reſpirationi, nec cum cauſa tantæ rarefactionis, quæ eſſet v. g. intenſiſſimus calor poſſibile eſſet individuum vivere.*

Sed per Divinum Senem, perquè Medicinæ patrem Apollinem coerce tuæ mentis ſublimitatem, quam à praticis rebus quandoquè longiſſimè avocat philoſophandi luxuries. Hæ ſiquidem mihi non adeò ſubacti ingenij Homini Fabellæ videntur, & nugæ; ipſi quoque Heraclitò riſum provocaturæ. Cur enim, cum de ſanguiae intrà anguſtos Canaliculos, & undequaque obſeſſos coercito ageretur, neceſſe erat, ad ipſorum diſruptionem patrandam, inſignem illùm raritatis gradum in ipſo ſpeculari; qualem Pneumatica machina depauperato aeri donabat Illuſtriſſimus (*a*) Boyle, ut eadem prorſus ſorte, qua illic deſtituta reſpiratione Animalcula, hic privatus nutritione homo confeſtim occumberet? Neque oportebat intenſiſſimo ſolum igni ſufficientem rarefactionem tribuere, quo iàm velut deflagrante rogo ſtatim tota machina in cineres ſolveretur. Satis efficaces in fermentescentibus liquoribus rarefactiones vulgò obſervamus, quarum neque tota violentia in noſtro caſu deſideratur; Nàm cum extenſionem conſuetam Vas quoddã exceſſerit, minus certè ſpatium ulteriori dilatationi relinquetur, quantò majus in prima dilatatione redundans liquidum occupavit. Hinc extremum illum gradum, ultra quem extendi tu-

nicis

a In novis Experim. Pneumat. de reſpir. tit. 11.

nicis non datur, quemque, ubi naturale æquilibrium ſervaſſet ſanguis, difficultèr, & non niſi violenta expanſione, licet nõ imaginaria iſta tua ſuperaſſet, idem duplò, ut ſtatuis, mole auctus, lentiore igne mediocriter bulliens faciliùs excedet; Et profecto tantùm abeſt, ut ſomnioſa hac tua raritate opus ſit, quin imò minima data occaſione turgentes Venas diſrumpi oſtendẽt Drelincurtius, tum teſtimonio Plethoricæ Matronæ (*a*), quæ, ubi ira incaluit, Apopletica ſtatim facta intrà 18. horas occubuit, Plexu Choroideo per medium diffracto; tum exemplo toroſi Juvenis (*b*) eodem fato intra 15. horas abrepti, dum ſe poſt prandium incurvaret, Arterioſis tubis Caroticis, & Vertebralibus paſſim laceratis; Et teſtis ocularis (*c*) Mangetus levi Capitis alliſu ſanguinem utraque nare, & geminis auribus quoſdam Plethoricos fudiſſe, quoſdam elevato graviuſculo pondere medios crepuiſſe narrabit.

Hoc tamen admiſſo erigis adhùc ſuperbiùs criſtas, atque altiùs cocyſsas, putans nihil concludi pro Phlebotomia. *Si quidem*, inquis, *libra ſanguinis extracta nec rarefactionem, nec fervorem tolleret, ſicut nec portio Aquæ ab olla ferveute ablatæ ebullitionem ſedaret, quia non aufertur cauſa ſcilicet ignis*. Sed rarefaciens flamma, cum non ſit Venis ſuppoſita, ut Ollę Culinarij Carbones, aſt altè ſanguini immixta, ipſa quoquè cum extracti ſanguinis portione partim removetur. Quarè

a Apud Bonet. in ſepulch. Anat. lib. 1. ſect. 2. obſ. 12.
b Ibidem obſ. 13. c Biblioth. Med-pract. tom. 4. lib. 14.

et Viridetur [illegible] historia Alexandri Imp.
vitij malevolentijs [illegible] quia [illegible] scribo opiscor
scie indutus [illegible] in ascendendo equum
Vetus vulnicula ictus conatu quasi arma
cui sanguine edidit.

[illegible] la prima edizione, e vedrai. Formello
parte 1. cap. 20 pag. 116.

rè ſicut e Cacabo totam Aquam ne ferveat extrahere non conſueverunt Coqui, & Focariæ Mulierculæ, ſed ſubducta rogi parte immodicam ebullitionem frænant, ità ignis parte cum emiſſo ſanguine evacuata effrænis ejuſdem fermentatio cohibetur. Sed de hac re multotiès reſponſum eſt Hæmophobis ab Excellentiſſimis Viris, & nuper ab eruditiſſimo Curtio (*a*)

—— (*b*) *odi ego certè*
rectè dicta alijs iterum ſermone tenere.

(*pag.* 12. *ex D. Rotario pag.* 6.) Mox liberas fidem, & promiſſa imples, quæ edideras paulo ante, cum impleri Cor ſanguine ad Syncopem, aut ſuffocationem ciendam negabas. Non enim à nimia ſanguinis in corpore redundantia modò crepas iſta patrari, ſed a remoratione, & regurgitatione ejuſdem propter Arterias, aut obſtructas, aut convulſivè conſtrictas, aut ab inflammatis partibus compreſſas.

Aſt Vir optime, Polypus, Grumus, Calculi, Carnoſa materia, & quidquid conductum Arteriarum obturare poſſe judicas nonne faciliùs generari poſſunt, ubi propter univerſalem Plethoram torpidus cruor eſt, neque craſſiores quaſdam particulas, dum peculiari loco affigi amant, ſubſequentes globuli vehementèr impulſi urgent, & ad motum ſtimulant. Ità tuus quoque Patronus (*c*) Lucas Tozzi, dum Plethorici habitus pericula ſcriberet, quoſdam Athleticos Homines *noviſſe*

ait

a Rifleſſioni circa il Salaſſo &c. pag. 133.
b Homer. Odiſſ. M.
c Lib. 1. *Com. in Aph.* 3. *ſect.* 1.

ait, *ex hujuſmodi Vaſorum, & ſanguinis interceptione velut i repentè ſuffocatos occubuiſſe*. Spaſmodicæ etiã Fibrarum motricum Aortæ criſpationes nonne facilius in Plethorica habitudine emergunt, ubi ſanguis mole, moraque indebita retẽtus in ſolidi ipſorum tonũ lędit, & enervat, tùm etiã exaltata aliquãdo ſalia tenſis, nec ſat promptè cedentibus fibris ſuas aciculas profundius infigunt. Ità Romæ obſervabat (*a*) Baglivus, qui *nimium ſanguinei ſunt, & facie rubicundi in Convulſivos morbos ętatis progreſſu incidere*. Cæterum abſque his etiam circumſtantijs copiam ſanguinis ream fieri ſuffocati Cordis teſtantur Practicorũ obſervationes, qualis ea temporis conſtitutio, non ſine lacrymis deſcripta à Panarolo (*b*), quæ poſt calores, & ficcitates advehens inopinatas pluvias, atque ità ob frigus repentè prohibens rarefacto ſanguini perſpirationis officia plures ſubitanea morte confecit; quorum diſſectis cadaveribus Cordas ſanguinis copia obruta indagantium Medicorũ oculos turbarunt, quibus ex ipſius Panaroli decreto applicitæ per totum corpus Cucurbitulæ, minutuſque gemino brachio ſanguis forſan repentini lethi periculum auertiſſent. Aſt retardetur quomodolibet ſanguis, aut ex cõvulſiva Aortę contractione, aut à compreſſione ſuperincumbentium Tumorũ nonne particularis Plethora eſt ex vitio ſolidi nata? Quocumque enim modo contento fluido fiant impares alvei, Plethoram tutè quidem, licèt minus propriè vocamus.

In

a De Fib. motr. ſpecim. lib. 1. cap. 6.
b Pentecoſte 3. obſ. 7.

[Frivola proba et inanis obiectio]

(*pag.* 13.) In hac autem etiam particulari plenitudine quis non conſideret neceſſariam ſanguinis emiſſionem, ut ſaltem minor liquidi copia Cordis ſinubus ingeratur, facilioremque obtineat tranſitum, & ne diſtentæ a copioſo ſtagnante latice Cardiacæ Fibræ vim contractionis tandem amittant? Sed tu (oh vim opinionis!) adhùc falſum eſſe ſuſtines, *Fibras ipſas per ſanguinis copiam ità diſtendi, & attenuari, ut amplius contrahi non poſſint*. In hanc autem ſententiam juraſti, cum acceperis à D. Rotario quorundam Auctorum nomina, qui dilatatum inſigniter in Palpitationibus vitale Viſcùs obſervarunt, ſimulque robuſtam ipſius pulſationem. Quam tamen frivolam (ignoſce vocabulo) obiectionem dum exarabas, vanam certè clementiam putaſti,

——— (*a*) *peritura parcere chartæ*.

Quippè licet in aliquibus Palpitationibus præſertim diuturnis Cor pro ſanguine non ſatis liberè e Ventriculis egreſſuro in Arteriam impellendo violentèr ſe contrahat, hincque Ventriculorum latera ab ipſo intus detento in orbem latè diſtendantur, unde Cor Thoraci impetuosè allidatur; tamen Lypopſychiæ ſic affecto Cordi domeſticæ, & ordinarius in Syncopes, aut ſuffocationes Palpitationum finis, ut Practici optimè norunt, & confirmant obſervationibus (*b*) Boſchus, (*c*) Pozzi, (*d*) Maio W, (*e*) Grembs, alijque, fidem faciunt Fibras Cordis immodicè tenſas

a Juvenal. ſat. 1. *b De Facult. Anat. lect.* 4. *c In Miſcellan. Curioſor. anni* 4. *obſ.* 4. *d De motu muſcul. cap.* 7. *e Arb. integr., & ruinoſæ l.* 2. *c.* 1. *§.* 8. *n.* 10.

tenſas omni tandem oſcillatione ſpoliari. Nam ex magna quidem preſſione Palpitatio cietur, ex majori Lypothimia, Syncopes ab extrema, uti omnes hos gradus clariſſimè diſtinguit (*a*) Helfricus Jungken: *Fibræ Cordis*, inquit, *ex una parte contractæ ſtagnationi anſam addunt; ſtagnatio verò diſtenſioni; diſtenſio verò nimia Cor haud ità promptè ſe contrahere patitur, ſed moras inyciendo, per vices Palpitationem excitat; diutiùs vero in tali ſtatu ſubſiſtendo Lypothimiam inducit; planè verò ità permanens Syncopem Cardiacam, & citam mortem contrahit.*

(*pag.* 14. *Ex D. Rotario ad verbum pag.* 9.)

Cæterum pingues, & obeſulos minori, quam macros ſanguinis copia donari quiſque, cui ſanũ ſinciput eſt, haud ægrè conceſſerit. Non enim copioſos à docta fronte ſudores deterſit Cl. Rotarius, ubi omnia illa teſtimonia, quæ affers, cumulare ſatagit. Quippe deſtitutus leni illa caloris acrimonia horum ſanguis, multoque Chilo abundans apertioribus humidiuſculi corporis poris nutritias copiosè particulas inſinuans, abũdantiores lacteas circa Membranas in pinguedinem inſpiſſat, pauciores ſanguineas circa Fibras in Carnem cogit. Antequam tamèn tuum Caput triumphali ornes Lauro, placeat cum magno (*a*) Etmullero duplicem in Corpore craſſitiem ſtatuere, *unam carnoſam, qualis in ſãguineis, alteram ſaginoſam, qualis in Phlegmaticis*. Prioris origo eſt uberius à ſpirituoſo ſanguine alimentum circa

a In Praxi Medica V. Palpitatio.

b De Corpulentia nimia cap. 1. *art.* 1 §. 9.

irca Fibras in carnes denſatum, ſecundæ Chi-
aceus liquor circa membranas copioſiùs conge-
tus, unde Toroſi ſanguine abundant, Obeſi
Chilo. Primis itaque liberaliter Phlebotomiam
niniſtramus, utpotè minuendæ copiæ utiliſſi-
nam, quamque ipſe Etmullerus (*a*) *multum pre-*
are, quin utramque complere paginam à rerum Ma-
iſtra Experientia fatetur didiciſse. Alteris ve-
ò, de quibus loquuntur omnes à te memorati
criptores, licet minus turgidos habeant vitales
vulos, tamen adhuc proficua eſt, eodem ſoler-
ſſimo Viro notante, *Chiloſum nutritium ſuccum*
m emiſſo ſanguine cito tutòque, ut ut ſecundario im-
inni, & exhauriri. Non itaque nobis in utràque
orpulentia eadem mittendi ſanguinis intentio
ſt; & ſicuti in Athleticis ſæpius, & genero-
ùs, ità in obeſis parcius, & rariùs, tùnc au-
m maximè, ubi purpureus latex febrilitèr
calefcens, & attenuatus per anguſta, & à ſu-
erincumbente pinguedine compreſſa Vaſa in-
liciùs dilabitur, ut gravatam Fibram onere le-
mus. Nequè huc reſpiciebat Medicorum prin-
ps (nam quæ Avicennæ tribuis, citatus locus
on ſervat, ubi ſolummodo *de cuſtodiendis à frigo-*
Extremitatibus ſermo eſt) cum exercitia, & la-
ores ante paſtum ad emacianda corpora preſcri-
eret: Eis enim ſolum, qui præter morbum,
ngues ſunt, & graciles fieri volunt, aliquas ad
ponendum Adipem formulas dictabat; quippe
m particulæ ſanguinis ſulphureæ, e quibus
nguedo componitur aliquas partes in Muſcu-
lari

(*a*) *Ibid. art. 5. n. 1.*

lari contractione obtineant, ut declarat ingeni
ſiſſimus Maio W,(*a*) ideo laboribus, & exercit
emaciari corpora videntur,quia pingues iſtę,
oleoſæ moleculæ in muſcularibus vehementib
officijs erogentur, & inſumantur, quæ dum pa
tes motrices à contractione diù ceſſaverint, Vaſ
rum peculiarium ductu in idonea receptacula d
latę,ibique copiosè aggeſtę Pinguedinẽ ſtatuur
(*pag.* 15. *ex D. Rotario pag.* 9.) Sed mirari nc
deſino, quam lepidè fruaris Cęlij Aureliani,
Galeni patrocinio. Illuſtris enim ille Afer (que
ante Galenum Phlebotomiam reieciſſe audact
dictitas, cum tamen ſuſpicari non abnuat,amb
in diſparata regione eodem tempore vitam d
xiſſe(*b*)Proſper Alpinus,uti etiam ſyncronos
cit Croniſta (*c*) Muſantius) tunc ſolum Ve
ſectionem cum Catharticis proſcribit (*d*), qua
do Polyſarcia graviſſimè molectat. Planiùs ve
exoticam vocem interpretatus: *Poliſarcia*,inqu
*quam nunc Paſſionem dicimus, rectè Cachexiam nu
cupamus*. Non itaque lacertoſo homini Phleb
tomiæ laudat exilium, ſed Cachectico. Quis a
tem uſquè hùc Cachecticam intumeſcẽtiã cũ
mia Corpulẽtia permiſcuit? Quis Cachectici h
minis Venas nimio sãguine turgidas prædicavi
Galenus autem(cujus verba in Cœlij ore coll
caſti, licet hoc certum ſit ex prædicto Alpino
nec Cęlij ſcripta Galeno occurriſſe, neque Ga
ni Cęlio) non ſimpliciter craſſos, & macilent
Venæ ſectione abſtinere monuit, ſed qui *ſup*
modum

a De mot. muſc. c. 3. *b De Med. Methodic. lib.* 1. *c*
c In Tabul. Cronolog. d Cronion. l. 5. *e Loco citato.*

nodum craſſi ſunt, & macilenti, nam his, ait, Venam ncidere cavendum eſt; aliaſque integras vacuationes ereri oportet; tale edictum eorum ſola gratia vul- ans, quibus pauciſſimi ſpiritus, ijque aut fu- aces nimis, & pathetici, ut in Atrophicis, aut bruti, & oppreſſi, ut in adipoſis & butyroſis lebile pabulum Biolychnio miniſtrant, undè ef- ętæ, & infirmæ vires à quocumque generoſo præſidio periclitantur concidere.

pag. 15., *&* 16. *Ex D. Rotario ad verbum pag.* 12.)

Dùm verò legebam Cl. D. Rotarium contra ruditum *Medicinæ Ventilatæ* auctorem differere, quod *ille quatuor ſuppoſitis conditionibus, ſcilicet tem- eramento calido, ætate juvenili, victu lauto, & libe- ali, ac vita ocioſa*, neceſſariò ſecuturam ſangui- is plenitudinem affirmaret, animadverti, te vix utato apice, hanc querelam ſuſcepiſſe, & eaſ- em Excellentiſſimi Viri rationes recãtare. Ego amèn propoſitam ſententiam citra Auctoris entem explicari mihi ſuadeo. Dum enim da- s hiſce quatuor conditionibus neceſſariò naſci- uram Plethoram admiſero, non juſtè inferas uod aliqua ipſarum deficiente nullo pacto ſit aſcitura. Nam ſi difficultèr invenies *corpus hu- anum, in quo adſint quatuor illę conditiones*, minus ifficultèr invenies Plethoram. Nempè aut ex quidi vitio, aut ex ſolidi Univerſalis, Particu- ris, Apparens quærere ſibi poterit locum. Sive nim feriãtibus Evacuationibus, Secretionibus, erſpirationibus liquidi moles augeatur, ſive nvulſis, conſtrictis, compreſſis Vaſculis angu- iore alveo decurrat, ſivè prohibito ſanguinis

tranſitu copiosè aliquo in loco colligatur, ſiv
demum febrili igne attenuatum amplius ſpati
violentè prætendat, quis neget quotidiano oc
lorum teſtimonio, non ſervatis idioſyncraſia
vivendi canone aut juventutis flore plenituc
nem perſæpe exoriri, opportunas ſanguinis m
nutiones expetentem? Relinque itaque R
ſcio, aut Æſopo Scenica illa Epiphonemata
quibus emunctæ naris lectorem vexat.

——— *ſummi plena iam margine libri*
Scriptus, & à tergo nec dum finitus Oreſtes (*a*
Omitto hic, quæ de juvenili ætate ſpecularis
cujus quidem magis eſurinus balſamicus ignis
majus diſſipat alimentum, ſed etiam hilaris g
nius per univerſos eam voluptatis gradus trad
cens omnes cibi, potus, exercitij naturales reg
las obliviſcitur. Quod ſi ea temeritate, qua Hi
pocratis Aphoriſmos vanitatis accuſat Synapiu
judicat ex lauto victu, & ocio cruditates ſolùm
ac excrementa procedere, paratus etiam pro ſu
carpendi licentia ſententiam mutare, hoc juc
cium alibi infringere (*b*) videtur his verbis: *P*
thoram ocium, & motus corporis defectus, non vel
mentes exercitationes, quales Athletarum ſunt ca
ſare ſolet, imo alio loco non tantùm ipſe Pleth
ram confitetur, ſed etiam præcipuum eidem tc
lendæ remedium à Phlebotomia precatur, u
ſermonem habens de Tuberculis, qui aliquan
in corpore naſcuntur, inquit, (*c*) eos perſæ
pendere *à ſola Plethora & extravaſatione ſangui*
ac

a Juvenal. ſatyr. 1. *b De Vanit. falſitate &c. A*
Hippocr. lib. 1. *Aph.* 3. *c Ibid. lib.* 2. *Aph.* 15.

c lymphæ, *ubi nihilominùs Dietæ tenuis indicatur, &* ræter *Venæ ſectionem nullum aliud remedium eſt con-* enientius. (*pag.* 16. *ex D. Rotario pag.* 14.) Hic au- em non declamo intemperantibus & vinoſis, ſi elint pravæ conſuetudini dicere extremum va- e egregium à Phlebotomia promiſſurus auxiliũ. Teneor ſolum Galeni verba (*a*) luſoria larva xuere; Dum enim devotos Cereri, & Baccho ntiſtites neque Venæ ſectione, neque purga- atione audet à morbo reſtituere, non intelligit m præſidij ægritudinis pertinaciæ ceſſuram, ed ipſos priſtinæ intemperantiæ redditos acce- ta à remedio emolumenta ſtatim prædaturos. Evidenter ejus ſententiam ſubſequentes hę lineę xplorant: *Eis vero qui præceptis ſalutaribus obſe- uentur ſummè profueris.* Si tamèn ex hoc hallucieris, probaſſe cum Synapio nihil ad Plethoram onferre victus lautitiem, ac meri abuſum, cùm er *Vitæ intemperantiam crudorum humorum copiam iſſimè colligi* teſtetur, animadverte hoc poſt ce- bratas, & quidem vetuſta illa ſolemnitate Phlebotomias, & abſolutam Catharſim contin- ere, cum ſuccus ille acido-volatilis Ventriculi oſpes ſuæ energiæ multum amiſerit, & debili- ata fermenta ciborum copiam non regant. Poſt dminiſtrata enim validiora præſidia, Galeno ſo imperante (*b*) *neminem latere puto illos in omni einceps victus ratione debere agere moderatos.* (*pag.* 18.) Enixè modò te precor Vir. Col., ut ıè veritatis ſtudioſum planiùs erudias. Non in- elligo quare eadem ferè ſanguinis quantitas &

a De Curandi rat. per ſang. miſſ. cap. 7. *b Ibidem.*

in gelido Heremi incola, & in vinoso Tubicine
in exercitato Cursore, & in pulposo sedentario
futura non sit, si nunquàm excedere posse san
guinem, aùt limitatissimè tantum conaris per
suadere. Quæ enim affers nullius momenti sunt
vel saltem levitèr nodum fricant, non solvunt
Nàm ultroneò tecum convenio magis, vel minù
vegeta fermentorum indole, sivè, ut vocas, tem
peramento, & plùs, vel minus vivido ætatis Ar
cheo tardius, aut citiùs cotionum pensa absolv
& tam internas, quam cutaneas secretiones di
tiùs, vel pauperiùs promoveri. Tu ipse non ne
gas *juxta diversitatem exercitij, victus &c.* diversi
mode sanguinem dissipari, diversimode produc
Esto. Sint modò duo Homines ejusdem prorsu
ætatis, & temperaturæ, quorum unus labor
amans, & severioris disciplinæ inculpatus sect
tor, alter ocij mancipium, & perpetuus Pop
næ Magister. Cui quæsò tota tua gravitas risu
impediet, ubi audierit adeò limitatè accrevis
in crapuloso Phagone cruorem, ut parum discre
pet à rigidioris notæ Philosopho? Nequè ade
satisfacit magnum illud Naturæ vocabulum, o
dinarium in arduis Phænomenis refugium, quas
*libil facere frustrà, sed semper quod cuique anim
nium essentiæ optimum est*, ex Stagyrita concludi
Ego etenim statim interrogo, an de universa
Natura, totius Orbis sustentamini dicata discu
ras, an de particulari commodorum individ
oculata ministra. Prior non adeo tibi propit
meo judicio videtur, quæ rectam regendi Un
versi methodum vitiasse non dicitur, lic
quo-

quotidie (*a*)
Mixta ſenum, ac Juvenum denſentur funera. —
Particularem verò nunquàm ſuo fine excidere, ſemperquè optimum individuo elargiri, non tàm amplè credidero. Video(*b*)enim onerari fructibus ramos, & cum arboris morte diſcerpi, video tentari criſes ſæpiſſimè ægro fatales, unde (*c*) Hippocrates: *aliquando in optimis criſibus ægri pereunt*, tuque ipſe, qui Febrem, ut *artificium Naturæ ad expellenda noxia* (*d*) probas, cernis hujuſmodi artificio quotidiè impleri ſepulchra. Nolim itaque Ego Naturæ veſtræ providentiam (quam veluti ſacrum quendam Genium, ſeù amicum Dæmonem corporis regimini perenni vigilantia addictum concipitis)in ſuo moderamine carpere, ſed fleo, ipſam noſtris erroribus inquinari, & à ſuo inſtituto infelicitèr diſtrahi; Superfluo enim ſanguine Vaſa ſpontè non onerat, quæ pericula ab ipſo imminentia formidat, ſed cogitur invitam manum odioſo officio admovere, quod in ipſis quoque Athletis, ut ut fortitudini conferret, repugnantèr præſtabat, unde Hippocrates (*e*) *diſpoſitio Athletica non eſt à Natura*.

(*pag.* 19. 20. *ex D. Chiariana pag.*60.*ad verbum nel deſid. Amico Medico.*)Quæ autẽ mox tibi incũbit multò operoſior ſparta eſt, probaturo Uteri, Ani, & Narium Hæmorrhagias non eſſe in Plenitudinis diminutionẽ à Natura cogitatas, qua-

a Horat. Carm. lib. 1. *Ode* 2. *b Rob. Boyle tract. de Nat. ſect.*7. *c In Coacis prænot. d pag.* 122.
e Lib. de Alimento n. 8.

pròptèr neceſſe erat antiquo tuo fautori D. R
tario, quendam Marianum Chiariana recen
nominis Medicum in patrocinij conſortium a
ſciſcere. Hoc tamèn erat *Opus Juſtitiæ, & Ch*
ritatis, Virorum nomina, quibus totum debe
æternùm duraturo tuo operi inſerere, quod (
inſcientèr, an malitiosè non loquor) nunquà
præſtitiſti. Initio itaquè, quaſi viam aſſertio
ſtraturus nova quædam, & miranda Theorem
ta ex hac Chiarianæ Schola, Latina Toga ind
ta fidiſſimè aſportas. *Plethoram eſſe*, dicis, *ſupe*
abundantiam ſanguinis, & ſpirituum in ſanguine, i
ut ſit ſufficiens ad ſuffocandum individuum: affirm
Hippocratem tales Plethoricos vocaſſe *Athleta*
Luctatores, Viros fortiſſimos; ſanguinis autem *gr*
vidos, (quos Plethoricos eſſe reſpuis) *Paraſito*
& Corpulentos; utriſque abipſo ſobrietatem, au
purgationem remedio datam.

Sed in hac ſtricta Plethoræ acceptione mil
ambagibus implicor. Dicere enim *ſanguinis gr*
vidos, & negare *Plethoricos* ænigma eſt. Tù ip
cum anteſcriptis tuis theſibus non multum cor
cordas. Longo Auctorum agmine probaſti, co
pulentis minùs ſanguinis ineſſe, & nùnc *corpule*
tos vocari ſanguinis gravidos ab Hippocrate doce
Nullius periculis aſſeris cruoris enormem copiã
& ſcribis purgationem, aut ſobrietatem ad iſt
effugienda miniſtratas. Quorſum iſtud Chaos?

Me ama, tibi volo placere. Licet nunquàm in
venerim in noſtro Sene hanc diſtinctionem, ta
mèn amicitiæ cauſa tibi dono. Premor nihilo
minùs dubijs. Purgationem, aut ſobrietatem, &

Athletis,

Athletis, & Paraſitis ab ipſo laudari tu canis, quæ, ſi bene Magiſtrum audio, videntur prohiberi. Quomodo enim, ſi (*a*) *bonum habitum ſtatim ſolvere* imperat, utemur ſobrietate, lento cęteroquin remedio, & ab ipſo non niſi paulatim adhibito, cum in victus regulis, ut recte animadvertit (*b*) *repentinæ mutationes noxas, & ægritudines producant*. Neque purgatio in *bono habitu* ejuſdem conſilijs multum aſſimilabitur, qui modo ait (*c*): *eos, qui bene habent corpore, purgare laboriosum*; Modò (*d*): *Carnes ſanas habentibus helleborus periculoſus; facit enim convulſionem*, modo (*e*) *qui ſalubritatem corporis habent, cum per medicamenta purgantur, citò exſolvuntur*, & alibi (*f*) *vigilare verò oportet in Pharmacorum potionibus eos, qui bona habent corpora*. Venæ verò ſectionem unicè ab ipſo laudatam præter D. Tozzi Aphoriſmi Commentatorem concludit Hæmophoborum quoque Oraculum (*g*) Helmontius inquiens, *Hippocrates quidem in Plethora Athletarum ſtatim, ac cumulatim cruorem juſſit mittendum*. Hæc monita eodem prorſus paſſu incedunt in ijs etiam ſanguinis gravidis, quos a Plethoricorum catalogo expungis, ſi bona valetudine, (qua utinam diù gaudeant) florere ſupponas. Quod ſi in ægritudines labantur, ſobrietas quidem non multo ſtudio procurabitur, cum (*h*) *in tenui victu Ægri delinquant*, quæ etiam paulo latiores habebit ter-

 minos,

a Aph. 3. *ſect.* 1. *b De rat. vict. in morb. acut.* *Aph.* 37. *ſect.* 2. *d Aph.* 16. *ſect.* 16. *e Aph.* 36. *ſect.* 2. *f In Epiſt. ad Democrit. n.* 32. *De Febrib. cap.* 4. *n.* 27. *h Aph.* 5. *lect.* 1.

minos, cum (*a*) *donandum ſit aliquid ætati, & co ſuetudini*. Sed purgationem in ſanguineis morb aut cum Venæ ſectione coniungit Cous Senex aut ipſi poſtponit. Legenti libros de ratione v ctus in morbis acutis hæc obviam eunt, & pra cipuè ubi facta plurium morborum ſynopſi, qu omnes à ſanguinis multitudine derivari inte pres Valleſius (*b*) oſtendit, hæc laconicè nota *ſolvi non poſſunt, ſi quis priùs medicamentis purga aggrediatur, nam Venæ ſectio in his principalis eſt* ((*pag.* 20. *ex D. Chiariana ad verbum p.* 69. *& ſeq*

Proſequamur evolvere reliqua non minùs v nuſta, non minus ſuavia. Plethoram ioci grat admittis, nunquàm tamèn probas Phlebotomi In ſano .e. (ſi ſanus dici poteſt, qui ſic affectus eſ duorum dierum jejunio evaneſcere dicis Pletho ræ ſignum, & nomen: atque multo magis in Fe briente *à Dieta, ſeu inedia plurium dierum à pha macis, à ſudoribus, à Febre ipſa?* Phy, ſi verb ſpectes, quam plana, ſi rationem, quam var cantio!

Utatur ſiquidem propoſito inediæ remedi voraciſſimus Milo; quam fugit Phlebotomian fortaſſis huius auxilio enixè petet. Enimverò, v teſtatur parens Medicinæ Staticæ Sanctorius (*a*) *cibus, & potus nimius non ſolum retenti perſpirabil acrimoniam, ſed etiam partium, præcipuè non prin pum graviſſimos affectus diù occultant, qui dum co pora purgantur, vel inedia tractantur de repen crum-*

a Aph. 17. *ſect.* 1. *b In lib. quartum de rat. vict. acut. c De rat. victus in morb. acut. num.* 36. *d Aph.* 44. *de Cibo, & Potu.*

et quam plura alia mala, lethalia periculo
similibus ex Dysenteria in phthisicis
corporibus adhibita recenset Jacobus
Wagnerus in his Observat. Archiater Julius
Alexandrinus &c.

Et Hieronymus Borellus (a)

(a) de motu animal. parte 2. prop. 200 pag.
290.

erumpunt, & in graviſſimos affectus faceſſunt. Sed neque tam brevi tempore quidquid ſuperfluum ſanguinis eſt abſumet rigidiſſimum jejunium, verum puriores ſpirituum turmas depaſcetur; unde corpus elangueſcet. Urſi, Glires, Muſcę Hirundines, cæteraque huiuſmodi animalia, totam hyemem abſque cibo tranſigendam alto ſomno dedicantia, pingueſcunt veriùs, quam emacientur. Fame denata corpora plurimo adhuc ſanguine turgida Vaſa non ſemel præbuere, ut Charleton (*a*) teſtis eſt; minorque in ijs macies, licet fatum ſubeant, quam in extrema tabe conſumptis, quæ tamen vivunt, ſignum manifeſtiſſimum eſt, (ut ait Cl. (*b*) Gulielmini) non ideò continua inedia vitam ſubtrahi, *quod in ijs ſufficiens defficiat nutritio, ſed quia continuato diſpendio conſumptis animalibus ſpiritibus ita evanidus ſit ſanguis, ut convenientem non poſſit ſuppetere eorundem ſeparationi materiam*. In Febrientibus autem Dieta, *lentum*, ut vocat Etmullerus, *remedium*, morbo moras non indulgente, non ſatis efficax remedium eſt; eademque ſi quidquam ſanguini detrahit, ipſum etiam magis attenuat, unde preſſio Fibræ, quæ minuta parum copia vix mitteſſeret, à rarefacto ulterius liquido fovetur. Pharmaca ex citati Sanctorij ſtatica obſervatione (*c*) *movent quidem ſenſibilem, ſed inſenſibilem evacuationem* (quæ multo uberior eſt) *divertunt*. Febris ipſa (ni fallor) Diapneuſtiæ vires non addit, ſed demit, cum experiendo adverterit idem San-

&o-

a De Oeconom. Animal. b Exercit. de ſang. nat.
c Aph. 86. de Cibo, & potu.

ctorius (a) *quemlibet corporis dolorem, ſeu labore*
cocti perſpirabilis tranſitum impedire; Hinc ſi bon
ſanguinis partem ipſa vorat, à retentis inutili
bus, & nutritioni inidoneis particulis hæc minu
tio penſatur. Sudores demùm non in Febri
principio expectandi ut plurimùm ſunt, ſed ub
vel Naturæ medicatricis ſtudio, vel remediorum
& præcipuè Phlebotomiæ auxilio ſubigi incipi
rebellis materia, & immodicus calor decedere
Etenim rareſcens, & in ſe ipſum nitens ſanguis
Vaſorum membranas tendit magis, ac premit,
unde difficiliorem reddit excurſum liquidarum
partium, quæ cæteroquin effluerent, & exſuda-
rent. In judicatione verò ſenſim remittente ca-
lore, Membranis magis flacceſſentibus, & immi-
nuta intrà Canales preſſione extrudi partes hu-
midæ poſſunt, & exprimi per ſudores. Et hos
quidem commendat Hippocrates (b) *Sudores in*
omnibus acutis morbis ſaluberrimi, ſi diebus decre
torijs contingant, Febremque finiant, aut ubi toto cor
pore æqualiter inſudante Æger facilius morbum ſuſti
neat. Ita morbo ad ſolutionem vergente rerum
potiti ſpiritus per omne vacuationum genus vi-
tioſas particulas ubertim eliminant. Verum naſ-
centi malo occurrendum eſt, & Plethora oppor-
tunis Phlebotomys initio Febris eſt minuenda;
nequè expectandæ ſunt iſtæ cruoris depaupera-
tiones, quæ ſucceſſivè eduntur à morbo. Et oh
quoties omiſſę Venæ ſectionis pęnas exegit lon-
giſſima Febris, aut celerrima ſubſecuta mors eas
diminutiones non expectavit, quas tu enumera-
ſti.

a Aph.49. de Ponderat. b Prænot. n. 5.

ſti! Ità certe Plenitudinem cuidam nobili Viro non tam promptè evacuavit Tertiana Febris, quin imò, ut recenſet (*a*) Balloniùs, ob neglectam ſanguinis detractionem, ruptæ ſunt eidem Venæ in 4. paroxiſmo, effuſaque indè cruoris maxima copia ipſum eodem die ad Libithinæ caſtra protruſit. Quod ſi aliquorum Cauſonide defunctorum corpora reperta ſunt paucum in Vaſis ſanguinem ſervantia, cùm magna pars in urentis, & ferociſſimi ignis pabulum citò ſoluta uerit, Plethora ſive vera, ſive apparens huic lepopulationi commoditatem largitur, ubi tenis tunicis ſubſiſtit in naturali ſuo motu ſanguis, & clauſa ſæviſſima flamma tragœdias ſuas, non mpediente congrua vacuatione, proſequitur, uas avertere ſolet provida manus sàt imminutis umentibus rivis, & compreſſione adempta, quæ nteſtinæ deflagrationis fomes eſt; quemadmolum cruoris detractione huius morbi ſolutionē nolitur etiam Natura, teſte Hippocrate (*b*) *& ſi anguis ex naribus fluxerit, ſolvitur affectio.*

(*pag.* 21., *&* 22. *ex D. Chiariana pag.* 42.)

Verum, ut ait ille (*c*) *quotidie videris admirailior, & melior.* Obycis, Plethoricum Febre anguere, in cujus acceſſu variè agitatur, variè orquetur; ubi intermittit, quietus eſt inſtar ſai, & tranquillus. Arguis inde *humores juxtà os periodos ſe ſe moventes*, non abundantem ſanuinem Ægro inſultare, & ſtrepis *illos profligandos eſſe, hunc purificandum, non effundendum.* Valde autèm

a Lib. 2. Ep. in conſt. Æſt. 1576. *b De rat. vict. in acut. n.* 34. *c Plinius in Paneg. ad Trajanum.*

autem miror, quòd cum te novitatis laſcivia cum quibuſdam Recentioribus ad damnandum Phlebotomiæ uſum adeo Veteribus acceptum abduxerit, rancida tamen quatuor humorum ſpeculatione tenearis, cui omnes tui Patroni ſolemnitèr cecinere funebre Epicedium. Neque enim, quales deſcribuntur in ſcholis, ſinceri in corpore ſtabulantur iſti humores, qui mera ſunt ſanguinis recrementa, neque nobis fingere debemus effrenem aliquem hujus Galenicæ Quadrigæ Equum de cætero quietum mox adhibito ſtimulo repentè calcibus inſurgere, deque manu aurigæ Naturæ vitales raperet habenas. Si quidem non alio artificio in Plethoricis fabricatur facilius Febris intermittens, quàm ubi lento, denſoque cruore Viſcerum cribris, & ſecretorijs glandulis adveniente, quædam alicubi ſtagnantes particulæ omnem exuunt ſuavem indolem, imò acrimonioſam, et irritativam adſciſcunt, ipſæque tandem ſenſim alijs conſanguineis ſingulo circulo auctæ, & ad turgeſcentiam congeſtæ in vitalem fluvium ſe exonerant, ubi commiſsa intrinſeca pugna Febris excitatur. Hæ autem ipſis plenè domitis, & ſubactis diſcedit novo ſuppeditato penu reditura. Hæc ſanior Pyrethologia eſt, poſtquam Medicina mutavit veteres calceos, & putre ſubligar. Quanta verò ſit in hac profliganda Phlebotomiæ dexteritas, interroga tantoperè tibi acceptum Synapiùm,(a) quo audies celebrandam eſſe, ut *imminuto, & alium motum redacto ſanguine fermẽtatio cohibeatur*

(a) *Paradox. Medic. part 2. cap. 5. quæſt. 3.*

acre illud viſcoſum, quod obſtructiones Febrium cau-
bat &c., fluxile factum, & imminutum tantò facilius
metur.

(*pag.* 21. *Ex D. Rotario fol.* 22.) Hiſce igitur
elut in quæſtionis proæmiolum præmandatis,
ſtituto tuis manibus D. Rotarij Opuſculo, tan-
em *Menſes præciſam eſſe Naturæ intentionem* pro-
rs, *nulloque modo ad imminuendam Plethoram or-*
inari. Quando ergò intelligas particulare eſſe
Naturæ cogitatum, ut inde Fætui largiretur ali-
entum (licèt melius forſan arrideant Recentio-
um Theſes) hac vice tuam Vir omniſcie ego
unc tangam manum. Quarè tamen, ubi Fętus
utritione non eſt opus, circulanti fluido non
iſcet eum ſanguinem, ſed foras amandat? Id
ertè in Plenitudinis diminutionem fieri non
ubito, & quemadmodum majorem ſanguinis
roventum, & ampliorem in Uteri vaſis colle-
ionem nuticationi Fętus tribuerem, ita illius
abſente, & nondum concepto Fętu) excluſio-
em fugiendæ Plethoræ aſſignare non hærerem.
Niſi enim ſanguis, Dele Boe (*a*) phraſis eſt, *Pu-*
ertate in Fœminis præſente abundantior factus per
Uterum, aliamve viam evacuetur, ac minuatur, Ple-
thora producitur ad Vaſa. Ità in morbis qui à Men-
um emanſione ortum trahunt, multitudinem
nguinis culpare ſolet Hippocrates, ut obſerva-
e potuiſſes in ipſo Libro *de Virginum morbis*, (*b*)
ui oculos advertiſſe gloriaris: *ſanguis in Uteros*
uit, velut effluxurus; cum autem oſculum exitus
on fuerit apertum, ſanguis autem ampliùs influxerit,

propter

a Prax. med. lib. 3. cap. 3. §. 63. b n. 1.

propter cibos, & corporis augmentum, tunc sangui non habens effluxum præmultitudine resilit ad Cor, & Septum transversum. Ast (oh infortunium) nun quam reperisti Hippocratem in suppressa Men struali vacuatione Phlebothomiam laudantem Non sic accidit mihi, qui in ipso Libro de virgi num morbis pro instituenda prædictæ Ægritu dinis Therapeia hæc notata legi (a) *Cæterum cu ratio, vt hinc liberentur, est sanguinis detractio, nihil est, quod impediat;* inque libro de Sterilibu (b) *his quæ secundum naturam fiunt desinentibus san guinem de manu detrahere oportet; si quidem forti fuerit de ambobus brachijs: si verò debilis ex alter sufficit;* quem textum, ut praxi, & rationi con venientissimum non cessat commendare (c) Jo hannes Baptista Verna, in suo pulchro tractatu *de Phlebotomia.*

Cæterum post insignes vacuationes, sive ipsiu sanguinis immediatas, sive mediatas aut defice re penitùs Menstrua, aut imminui, quod con stãti observatione comprobant quotquot de Mu lierum morbis scripserunt, sive Veteres, siv Neoterici, hoc quoque mei argumenti non debi le fulcimen est. Si tamèn aliqua (d) *rara avis in terris, nigroque simillima Cycno,* longa Hæmorrhagia, vel acuta Febre emaciat Lunares adhuc, ut obycis, servat purgatione tùnc (si id verum est) levandæ adhuc particulari plenitudini Vasorum Uteri, nisi Universali to tius corporis, hoc beneficiũ consecratum est. L

cet

a *n.* 3. b *n.* 18. c *Parte* 3. *cap.* 13. *n.* 1., 2. & 3.
d *Juvenal. satyr.* 6.

i ut alias celeberrimus, mihiq; amicissimus
. Vallisnerius (a), qui nullares praxeos parieos
timos deinde, ex sanguine ut aiunt ad
superiores partes invitabo, similibusq;
medicaminibus, atq; obsequiosis inepsis.

a) della generaz. parte 3. cap. 2. pag. 332

per tot mag Cordey /. /, ex Sauvereny /. /
per Marc Cardy /. / per Aug Chmitkeny //

Cordey pag. 404 Com. 1. Jurisdic. [illegible] Com. 6. in. lib. 4
[illegible] de mob. tut.
Bargey lib. 23. cap. 50.

/ ex Valtiereny

/ [illegible] Cons. 1. obs. 30. pag. 30

/ : dicta [illegible] generaz. part. 6. cap. 2. pag 34

t enim ſtagnatio in Vaſis poſt inventum ſan-
inis circulum ſit fermè exploſa, tamèn ut de-
onſtrat (*a*) Helfricus Jungken, dum minores
m Arteriarum, quam Venarum ramuli tortuo-
; & ſerpẽtinis ductibus Uterum ingrediuntur,
nc per reticulatas horum Vaſorum implicatio-
es ſanguinis Arterioſi impulſus maximè retun-
tur; unde per Venas non niſi lenta quadam
iaſi undulatione revehitur; atquè ità aliquid
agnationi analogum patitur. Ità ſanguis, licet
iupere rivo fluitans ibi cæſpitat, ſenſimque co-
oſiùs collectus ſenſim iſta Vaſa diſtendit, uſque
im turgeſcentia menſtruali accedente ipſum
refactum; magiſque tunicas prementem per
ertas effluere ſinunt extremitates, atque ità ſe
iere liberant.

Dum verò interrogas cur ſemper fluunt ab
tero cur non per alias vias? promptus ſum reſ-
ndere, hanc eſſe deſtinatam; magisque huic
eri accommodam viam; qua tamen impedita
perfluum liquidum per alias, & perſepè arduas
oycitur. Sic per os toto longæ vitæ tempore
cerni viderunt (*b*) Panarolus, & (*c*) Rhodius;
r Hæmorrhoides (*d*) Heurnius; & (*e*) Koli-
n, per Oculos (*f*) Helvigius; per Umbilicum;
ingivas, ac Digitos (*g*) Zaccutus, per Mammas,
r Nares; per Aures (*h*) Etmullerus. Adde,

quod

Fund. Med. Modern. Parte Phyſiol. cap. 17.
Pentecoſt. 1. *obſ.* 6. *c Cent.* 2. *obſ.* 36 *d Com. ad Aph.*
11. *ſect.* 6. *e Apud. Manget. Bibl. med. tom.* 2. *lib.* 8.
Apud Lanzonum pag. 159. *g Lib.* 2. *Prax Admi-*
randæ. h Inſt. med. cap. 23. §. 12.

quod nonnullis, ut Detharſidis filiæ ſimul
naribus ſanguinem, & muliebria ſalutaritèr a
paruiſſe cognovit (*a*) Hippocrates, per plur
annos cum periodico ſanguinis ſputo coniun
obſervavit (*b*) Peclinus, & ſingulo Menſe tu
Menſtrua, tùm Hęmorrhoides erupiſſe depr
henderunt (*c*) Sennertus, (*d*) Mangetus, &
Dolęus. Quæ omnia Naturæ genium haùd o
ſcurè interpretantur, ipſamque minuendæ cop
ſummoperè addictam monſtrant, ità ùt ſi paup
rior videatur per Uterum excretio, ipſam aper
etiam alicubi exitu penſet; ſicuti pluribus qu
queFœminis, ut teſtatur (*f*) Jungkenius, hoc L
nare tributum gemina ſingulis Menſibus vice i
tacta ſanitate largitur.

Licet verò non ſim adeò ſacer Naturæ Myſt
ut certiſſimè explicem, quare ad ſtatum uſq
tempus hæc differat purgamenta, ſive revera b
neficio ſanguinis ac lymphę refluentium inſpir
tur à Teſtibus fermentum volatile-oleoſum fe
ſim alterans, & volatilizans ſanguinem, cui
turgeſcentiam menſtrualem imprægnando ta
tum temporis requiratur, ut ſuſtinet (*g*) Etmu
lerus, ſive ad Lunæ phaſes confugere liceat,
ex Charteſij principijs dilucidat Waldschmidii
(*h*) tamèn arbitror nihil indè contra propo
tum meum arietari. Siquidem,) ut uſitatis fru

voca-

a De morb. popul. l. 1. *ſect.* 2. *b Apud Manget. lib.*
c Apud Etmuller. de morb. mul. cap. 1. *d Tom.* 2. *lib*
Bibl. Med. e Encyclop. Med. lib. 8. *cap.* 10.
f Fund. Med. modern. parte Phyſiol. c. 17. *g Inſt. Me*
cap. 21. *theſi.* 9. *h Colleg. Medico-pract. l.* 4. *caſu.*

~~sed abbatis qui supra dixi de termino~~
~~ad finem plenius quibus sententijs ea vota re-~~
~~cluta reperiri, ad eam me referens~~

A Athanasij 1°

Jal de mob. Regnorum et sto Regnor. Quaest.
Lipsij. Cap. 1.

ocabulis) inveteratus Naturæ mos eſt, ea tem-
ora aliquo vectigali ſalutare, quibus inſigne
uidquam aut agere, aut pati ſolita eſt. Sic Ve-
æ ſectioni aſſueti,(*a*) Bartholino, (*b*) & Bone-
o teſtibus in Vena pungi ſolita ſtato tempore ti-
illationem ſentiunt, ipſa quaſi ad ſolitas evacua-
iones monente. Sic repetere ſervato Catame-
niorum ſtylo menſtruas Hæmorrhoides in Viris
ſpexerunt (*c*) Hagedornius, Hanneman, Scul-
hzius, (*d*) Veſalius, (*e*) Amatus, (*f*) Smetius,
g) Zimara, (*h*) Oetheus, vt taceam de men-
EUge Vir Ornatiſſime. Cl. Rotarius, in cujus opuſculo vertendo ſollicitus es, *Teque ferunt totas appoſuiſſe manus(a)*, jam properat oſtendere educti ſanguinis cęnam cognoſcendis ipſius vitijs inanem: ageum, cęptam provinciam proſequere, & in eoem Muſtaceo Laureolam quære.

Et profectò jam integros ejus elenchos calamo uſcepiſti; jam theſim jacis, *à ſanguis inſpectione omprehendi non poſſe morborum hyſtoriam, nec ab ejus olore, vel accidentibus aliquod lumen haberi &c.* Hoc item abſurdum collectis quibuſdam auctoritabus paſcis, (oh ſaltem candidæ eſſent!) quibus ferris *ſanguinem diverſorum ægrorum extra ſua aſa in nullo diſſimilem eſſe à ſanguine ſani*.

Dùm tamèn Hiſtoriam humani ſanguinis à Nobiliſſimo Boyle, cui primas in hac re defers onſcriptam excuterem, mihi viſus eſt, longe liter ſentire, quàm aſſeris. In ſua enim ad hanc ræfatiuncula, poſt monitum Lectorem, ſe ſin-

(a) *Theocrit. Epig. 7. Ex verſione Daniel. Heinſij.*

gulis titulis ſani tantùm cruoris naturam, & ac
cidentia examinare, talem laborem cognoſcer
dis etiam morboſi vitijs judicat, non eſſe ino
portunum. *Inſtituta enim*, inquit, *comparatio
qualitates intèr, & accidentia vitiati, ſanique ſa
guinis, in prænominato titulorum ſyſtemate tradita
non erit opus ardui laboris Medico præſertim ſtati
conycere, ad quæ potiſſimum capita referri oporte
ea, quæ à ſani ſanguinis dotibus multum recedere a
madverterit*; & docet ſtudioſum indagandæ h
ſtorię peculiaris in quocumque morbo ſanguin
depravationis, eam perpenſis gradibus receſſi
nis à ſano ſanguine poſſe obtineri, facta partic
larium quorundam, ſi quæ occurrunt, addition
Aſt dixerint de hac re quiquid voluerint Phleb
tomię Adverſarij, aut cuiuscumque ſectę celebr
Viri, numquam oculis ipſis diſſuadentibus, e
rum auctoritati acquieſceret animus
(a) *Nullius addictus jurare in verba magiſtri*.
Quis enim credet ſanguinem varijs in morbo h
terogeneis particulis ſaturatum, ſive in anom
las ebullitiones actum, ſive in motu ſufflamin
tum eandem in matula præbere faciem, qua
obtuliſſet, ſi in deſtinatis partibus ſua recreme
ta expiaſſet, puraquè, æqua, & facili dilaben
tur unda? Profectò ex nova moleculatum a
firmiore, aut laxiore cohęſione mutabitur cc
ſiſtentia, & ex improportionatarum miſcela v
riabitur ſuperficies, adeoquè in diverſos ang
los impingens alio modo reflexa lux diverſu
ſaltem repręſentabit colorem.

pag.

a *Horat. lib.* 1. *Epiſt.* 1.

~~Simon Pauli Lua a se allegata~~

(*pag.*51., & 52. *ex D. Rotario pag.* 47.) Sed Tù
ıdito coloris vocabulo claſſicum canis, & con-
›cas in me turbas. Fallacem nempe hunc eſſe,
infidelem oſtentas longa Obſervationum rap-
›dia, qua in mali moris Febribus, dùm undi-
ıe mortis ſquallor ægrotum funeſtaret, pul-
ırum ſæpe, & coccineum ſanguinem emicuiſſe
›mmemoras. Sed oſculor manum, quæ tam
niter ferit. Cognoſcendæ ſiquidem maligni-
ıti hunc ipſum colorem conducere practica Hę-
ıatoſcopia compertum eſt. Cùm enim ex nupe-
s circa ſanguinem celebratis experimentis tum
› Illuſtriſſimo Anglo (*a*), tùm ab accurato Ve-
hyenio (*b*) innotuerit ex Acidorum ſuper ip-
ım infuſione obſcurum emergere colorem, ſi-
ıt è converſo ab Alkalinis purpureum, & ruti-
ıntem, hujus phęnomeni ſpecimen tantum
beſt, quod expertos Profeſſores deludat, ut
nò ſignificationem prębeat maligni miaſmatis
x Alkalina proſapia, ſanguinem ſolventis. Ita
lariſſimè oſtendit citati à Te Diamerbroeckij
'etechialium Febrium Epidemia, (*c*) dum pri-
no quidem biduo à ſecta ægrorum Vena pul-
herrima facie cruor emanabat, poſtea (quod
ibi placuit omittere) procedente malo poſt ſex-
um, aut ſeptimum diem albicans magna parte
ducebatur; ſiquidem ſolutam particularum
ompagem comitari ſolet corruptio compoſiti.
*pag.*55., & 56. *ex D. Rotario ad verbum pag.* 52.)
Hanc enim albedinem indubium corrupti sã-

 guinis

Rob. Boyle append. ad hyſt. hum. ſang. Exper. 3. 4., &
ſeqq. *b Suppl. Anat. tract.* 1. *c.* 9. *c Lib.* 2. *Anat. c.* 2.

guinis teſtem fuiſſe jurat, ubi etiam Gualther Nehedamium, cæteroſque quos citas, & ſequer Auctores refellit, qui Chilum ſanguini immix tum Cordisque ſinubus egreſſum nõ ſtatim car dorem deponere volunt, ſed per aliquod tempu vitalem purpuram decolorare, Eoſque certiſſim decipi experimentis, rationibus, & hyſtori acriter, & calenter proteſtatur. Ut ut tame hæc res ſe habeat alicujus inde erroris pericul non tenemur, quippe qui Phlebotomiam ad al ſolutas plenè coctiones, & jejunum ſthomacu differre conſuevimus; atque ſi morbi violẽtia al quando ipſam de manibus feſtinantèr extorſ rit, aut paucus ex prægreſſa Anorexia Chilu iàm erit ſanguineo murice tinctus, aut ſi ſtati poſt epulas inopinæ alicui affectioni, puta Ap plexiæ, vel Suffocationi medeamur ex conſiſte tia, alijsque accidentibus aliquod adhùc ſignu poſtulandum venit. Et procùldubio utilem e ſe conſiſtentiæ explorationem confiteri videtu Hæmophoborum ipſe Parens Helmontius (*a*) qui eductum in Pleuriticis cruorem citiſſim cum ſero grumeſcere obſervans coagulativa peccare aciditatem exindè arguebat. Ità in co gulativis malignis Febribus exemptum ſangu nem cum ſero in tenacem, ſolidamque duritie coalviſſe aliquãdo teſtantur Scriptores, interqu ipſos (*b*) Simon Pauli a te citatus.

(*pag.* 53.) Aſt unquàm cruſtula illa alba, qu in inflammatorijs morbis extracti liquidi ſupe ficiei hæret(tribuant illam cui cauſę volunt)n

decepit

a In tract. Pleura furens. *b De Feb. maligna.*

quarum omnium rationem videre poteris in
eo libello, quem Cl. quidam Montpelliensis Medi-
cus edidit Lugduni anno 1512. sub titulo Traité
nouveaux de Medicine contenans les maladies
de la Poitrine, des Femmes, & quelques autres &c.

Vid pag. 55. ad sep.

ecepit Baglivum, quin imò (*a*) omnes ferè evaſſe ab acutis malis teſtatur, quorum ſanguini la coniungebatur, e contra peſſimum extitiſſe gnum, ſi deerat (*b*), & alibi monet (*c*) hanc emper indicaſſe Variolas fore copioſas, & periuli plenas. Talem autem obſervationem Phiatrorum menti imprimere nititur, vt potè quã *n amæna ſpeculatio, ſed patiens, & auſtera tum a, tum aliorum obſervatio* ſibi dictavit.

(*pag.* 53. *Ex D. Rotario pag.* 48. *&c.*) Quod autem cruor in gelido loco, in ſparſo Vaſe, guttam &c. eductus purior videatur, nullius Medico iſcriminis origo eſt, quippe hùnc ſolet velut xamini ineptum minùs curioſo oculo prȩterire. Citiùs enim, quam par eſt, frigefactus ſegregandis partibus calori tempus negat, ut loquar cum llegato à te (*d*) Riverio; ipſique etiam trioboares Phlebotomatores empyrica ſua praxi edoti hiſce circumſtantijs attentè cavent.

(*pag.* 54. *Ex D. Rotario pag.* 49.) Neque magis ontrà nos probat obſervatio Cl. Sydenhamij illius experientiſſimi Viri, & Phlebotomiȩ amiſſimi) cruorem cujuscumque ægroti ſi ſtatim c emiſſus eſt, digito agitetur, coloratam uniformiter præbere ſuperficiem. *Si* enim *quis ipſum onquaſſet, & fibras eximat*, ait (*e*) Hippocrates, *on congelatur*, quarè ſoluta ſyſtaſi, & mixtione, quarum varietate coloris diverſitas procreatur, ȩque liber in cujuscumque Ægri ſanguinem niro-aero ſpiritui conceditur commeatus, à quo

*a Prax.med.l.*1.*c.*13. *b Ib.c.*9.*§.*1. *c Ib. de Varicl. & morb.§.*1. *d Prax.med.l.*4.*c.*7. *e De Carn. n.*9.

intimè particulis permixto, rubicundus in ſin
gulo color excitatur. Eidem enim reſpiration
beneficio in circulantem maſſam vocato (ut e
plicat (a) Maio W) ipſa quoque plurimum n
turalis ſui ruboris fucum debet. Quid autem hc
ad noſtram Andromacham? Quis confuſum, ag
tatumque laticem vocat ad trutinam?

(*pag.* 55. *ex D. Rotario pag.* 54.) Exierit quide
in Quartana Febre, ut Piens animadvertit, ſan
guis purpureus, & admodum vagus. Illis que
que qui Melãcolicũ, nigrumque Tartarum ha
regere putant, innotuit hic color, imo ut Gal
nus (b) admonet, ſicuti in ipſa impurus, & n
ger largiorem, & iteratam Venæ ſectionem com
mendat, ità purus, & ruber parciorem, & no
repetendam. Quid inſuper obſtat tantò minor
ſuſpicari aliquando morboſum apparatum, quã
to magis à ſolita opacitate cruor ille recedit?

Viderit Bellinus, cum aliquibus alijs, extra
ctum à Venis Hæmorrhoidalibus ſanguinem v
viſſimum eſſe, & ſcintillantem. Quis ipſi no
conſentiret, impoſſibile eſſe, quin Hyrudines ex
ternas etiam Arteriolas cum Venulis non amor
deant, ſimulquè floridiorem Arterioſum ſuccur
emungant. (c) Prætereo Bartholinum dicentem
(d) Hæmorrhoidales externas Venas tenuiorem
& magis rubicundum ſanguinem fundere. Vul
gare autem placitum, quod deberet eſſe *turpior*
groſſior, & *terreſtior*, derident ſaniores Modern
Ipſeque

a *De Sal-nitro, & ſpir. nitro-aereo cap.* 7. b *Apu*
Riverium lib. 17. *prax. med. cap.* 5. c *De ſang. miſ*
prop. 8. d *Libello.* 1. *de Venis cap.* 4.

A Mober, 1/2 fol.

[illegible]

(c) [illegible]

Videre tamen hoc spectaculo
dicit antiqui Patres et plani
accommodarunt quod admonent
[illegible]
[illegible]
Vbi [illegible] requiescere, quousque
[illegible], et [illegible] patriam
possidere et non separandi.

(c) Mober Anchora Salvator. pag. 200
(c) Jansen. La Teb. lib. 6. cap. 38. pag.
409.

ipſeque inter cæteros Cl. Bellini (*a*), ſentiens, *illum re vera non eſſe huiuſmodi, niſi cum talis Naturæ eſt ſanguis univerſus*. Sed ~~cùm hanc ſuſcitas quæ~~ſtionem Vir Optimè, ſi alibi ſuſtines, (*b*) *fabellam eſſe, quam prædicant, ſcilicet ſanguinem craſſum à Podice per Hyrudines extrabi; hallucinari, & errare credentes eſſe in tali ſitu ſanguinem craſſum, & diverſæ rationis ab alio?*

(*pag.* 56. *ex D. Rotario pag.* 53.) De cætero, quando etiam cruor denſaretur, & veluti areſceret poſt copioſum ſudorem (quod forſan alicui accidet, qui in hypocauſto Veneris piet peccata); quandò etiam liqueſceret poſt copioſam potationem (quod bicongijs, & tricongijs fortaſſis eveniet), quando etiam ex cibi defectu inſpiſsaretur, & conſtringeretur (cujus meminerit Galenus) hæc omnia nullo Medicum errore implicabunt, quem tùm ſingula in victus ratione delicta, tùm ſymptomata morborum ſtipendio militantia ex accurata ægroti, & domeſticorum relatione latere non debent.

(*pag.* 57.) Verùm tù, mi bone Domine, qui ſemper inculpata, ut gaudeò es, uſus ſanitate, & cui utinam detur *ultrà fuſum vivere* (*c*), nunquàm herclè in Medicum alicuius Infirmi curationi vacantem incidiſſe videris. Cogitare enim te oſtendis, illum ſtatim ac effuſus ſanguis eſt, in ſecretum aliquod tabernaculum longè ab ægri facie ſecedere, ibiquè ſuper cruoris ſcena pallere, hariolari, concludere, nequè ampliùs pulſibus,

a De Febrib. prop. 26. *b pag.* 245.
c Lucian. in Philopſeude.

ſpirationi, appetentiæ, cæteriſque mentis, au
corporis affectionibus animum, aut oculos advol
vere. Quæ ſi ità eſſent, meritò nos redargueres
verum, & prudens judicium Medici fundari in cogni
tione pugnæ, quam facit Natura cum morbo : eam pe
ſpiritus agere contrà ipſum, extractum verò ſangui
nem eſſe omninò ſpiritu deſtitutum. Sed cùm long
alitèr res ſe habeat, viresque infirmitatis, & in
firmi Medicus exactè penſet, cujus vigili oculo
tota ſymptomatum Ilias ſiſtitur, & quid boni
quidve mali acciderit intrepidè adnotat, qua de
cauſa cæteris coniecturis, à quibus nunquàm di
ſcedit, hanc quoque ad detegendam obſcuram
ægritudinum naturam non addet, collecturu
juxtà trita ſuæ Artis ſtatuta certiora à ſignorum
ſyndrome judicia? Ità quando etiam ea profecto
foret emiſſi cruoris infidelitas, qualem pleni
buccis crepas, non adeò facilis committendæ fal
laciæ occaſio eſt, & ita ſevera Magiſtri tuemur
mandata, jubentis (*a*) *oculis magis credere, quàm*
opinionibus, cumque de humano Corio agatur, (*a*
nihil temere, nihil negligere.

Licèt autem ſpirituoſas particulas amiſerit il
le latex, ſolutę tamèn, aut conſiſtentis Diathe
ſeos peccata, & aduſtam, vel lymphoſam indolen
cęteraſquè ſenſibiles qualitates eleganter teſta-
tur, preterquàm quod non vilem donat occaſio-
nem conferendi ea, quæ in ſubiecta cruoris fa-
cie leguntur cùm olim exploratis in ſanguine
eorum, qui à ſimilibus morbis aùt victi fuerunt,

aut

a Lib. de Dieta.
b Lib. 6. de Morb. popular. ſect. 2.

ıut redempti, nam (*a*)

—— artem experientiam fecit,
Exemplo monſtrante viam. —— ——

pag. 60.) Quaproptèr, quamvis ipſum nuncupare ſoleas *ſanguinem æquivocè*, *cadaver ſanguinis*, (qua chorda paſſim oberras) hæ ſunt quidem comptæ & politæ locutionum formulæ, ſed ad deſtruendam praxim infirmæ; uti etiàm bellè uſurpata Cornelij Celſi auctoritas: Hic enim Romanus Archiatrus, ubi de coloris examine rem habet, ſincerè ſuam profert ſententiam in hunc modum, (*b*) *incidenda ad medium Vena eſt, ex qua cum ſanguis erumpit, colorem ejus, habitumque oportet attendere.*

(*pag.* 61. *&* 62. *Ex D. Rotario ad verbum f.* 50.)

Intereà fruſtrà tempus teris, dum ea Hippocratis verba: *ſanguis effuſus in alienos ſibi locos, ubi moram traxerit, putreſcit* (*c*), quæ de eroſis ab acri ſucco Pectoris vaſculis, effuſoque in Thoracem ſanguine vulgavit, accommodare ità paras illi, qui educitur à Phlebotomo, ut concludas ad aeris contactum illicò corrumpi. Putrefactio & enim (ſit venia vocabulo) latici in ſtricta Thoracis cavitate ſtagnanti, interque viſcerum æſtus captivo facillimè accedit, eamque vehementiùs etiam promovet ipſius acris lymphæ miſcela, atque heterogeneitatum ſupellex à corrupta parte, retenta perſpiratione, & interrupto fluidorum ibi circulo ſuppeditata, quemadmodum eodem Sene teſtante (*d*): *ex omnibus aquis citiſſimè putreſcit*

a Manil. lib. 1. *Aſtron. b Lib.* 2. *cap.* 10.
c De Flatib. n. 12. *d De aer. aq., & locis n.* 18.

putreſcit Aqua pluvialis, & odorem malum habet, e
quod ex plurimis congregata eſt, ac permixta. Cruc
ri verò matula excepto blandè flantis aeris falu
tatio putredini differendæ favere potiùs videtur
quippe ipſum eventilat, & blando recreat refri
gerio. Nequè Cuticula illa, quę ſuperficiem fri
gefacti ſanguinis velat, quæque excuſsa repullu
lat, & revivifcit, adeò firmum tibi donat argumẽ
tum, generari novas extra Vaſa ſubſtantias. E
ſiquidem nihil aliud, eſt niſi viſcoſæ quædam
ipſius ſucci exhalationes à compreſſione ſuper
incumbentium corporum, ſeù, ut Senis formul
utar, (*a*) *à frigido, & Ventis impetentibus* coercitæ
quæ ſicuti, dum celeri motu urgerentur globuli
ac minima liquidum conſtituentia, pluresqu
igneas atomos emitterent, coaleſcere in ſuperfi
cie non poterant, ita facili epigeneſi remiſſo ca
lore uniuntur, inque cuticulam coagmentan
tur; qua detracta, novisque hujuſmodi effluvi
ſe ſe exerentibus, nova fit ipſorum à cilindris ac
reis compreſſio, adeoque alia recens Epiderm
conflatur. Nec ineptè dicere putarem, te ſimil
prodigium in tuo Corpore quotidie edere poſſe
quoties aliquam partem veſtiente tenuiſſim
Cuticula exuere libuerit; novam ſcilicèt ſucci ex
halationibus ſuis compreſſis juxtà plures, ac me
lioris notæ Anatomicos (*b*) miniſtrabunt; hc
interim diſcrimine, quòd educti ſanguinis ſupe
ficiei ſtatim hæret, quia immediata fit ibi ab aer
preſſio; dum viſcoſa effluvia ab ipſis emiſſa, ſc
lum in corporis ſuperficie, ubi primò validan

ab

a De Carnib. n. 10. *b Verheyen. Anat. tract. 1. cap.*

Bartholinus Blasius
Varhorne Munnichium Verheyen
Molinæus Verheyen Reinig

Rhabi Anatom. lib. 1. cap. 2. pag. 16
Anatom. Joubert. lib. 1. cap.
pag. 2. Microcosm. pag. 103 de anat.
Systagmat. cap. 1. pag. 6 Anatom. tract. 2
cap. 2. pag. Reinig. Blasii de
Schaubü naturale cap. 6. sect. 92 pag. 196

ab aeris columnis preſsuram ſuſtinent in Epidermidem coire poſſunt; Quænam verò, ah quænam ſunt iſtæ ſubſtantiæ peregrinæ, quę in emiſſo ſanguine de novo generantur; niſi velis à ſcholis alto Peripati veterno ſtertentibus excitare vanam cantionem cujuſdam formæ ſubſtantialis in ipſa Pelliculæ conſtitutione, aut egreſſu, ut indigitant, formæ calidæ, & ingreſſu frigidæ, quæ omnia per ſolos motum, & quietem partium tàm ſenſibilium, quà inſenſibilium, abſque ullo novæ entitatis figmento explicantur.

(*pag.* 59.) Aſt Viro Clariſſimo, qui *intrà Cuticulam ſe retinere nequit*, durus adhuc obex Temperamentorum varietas opponitur, ut fateatur ridiculum eſſe quidquid contra judicium à ſanguinis inſpectione petitum promulgavit. Horum enim omnium cognitionem, ſicuti ad perfectè judicandum de ſanguine ſtatuit neceſſariam, ita eam infirmo mortalium oculo putat eſſe impoſſibilem, quà propter ingens malum ægroto præſagit, inquiens: *deficiente tali cognitione, & inſpectata ſanguinis conditione, præſumens Medicus ipſum ſanguinem meliorare avertet à naturali ſtatu exigito à Temperamento. Sic autem alterare Temperamentum non eſt ſanare, ſed ſanitatem individui deſtruere.*

Verum, ſi Recentiorum ſolidis ſtandum ſit doctrinis, hi ſeueris illis Temperamentorum legibus non adeò promptè ſe manciparunt; quin imò vix retento quandoque in ſermonibus vocabulo, inter ſemeſas carie theſes relegarunt. At-

qui,

qui, *ſi rem conſideres*, tuus inquit Synapius(*a*), *Tem peramentum nihil aliud eſt, quàm rerum ſex non natu ralium uſus, & abuſus, vitæ genus, fortunæ acciden tia, educatio, converſatio &c., nihilque indiuidu eſſentiale*. Neclongè abſceſſit ab Hippocrate di cente (*b*): *temporum mutationes potiſſimum ſunt, qua Naturam ipſam permutant, deinde etiam regio, qua quis nutritur, poſtremùm autem aquæ*. Si verò venerã dis barba, & Pileo Patribus libeat aſſentiri, non adeo imperuia apud ipſos Temperamentorum cognitio putatur, quin aliquot ſignis in eorum Inſtitutionibus congregatis attingenda non ſit. Ità Galenus (*c*): *ſi cui igitur agnoſcendorum Tẽpera mentorum cura eſt, incipiat exercitationem oportet a ijs in quolibet genere Naturis, quæ temperatæ, me diæque ſunt; quippè ſi his alias comparet, facile quo in quavis ſuperet, deficiatue inuenerit*. Ità ut una nimi diſcordium Sectarum voto Homini dicen poſſim, quod utramque palpans

(*d*) *Confonde le due leggi à ſe mal note*.

Quod autèm ridendum eſt, ſe implicat hinc in dè petitis verborum lacinijs. Nam ſi tantus Tem peramentorum caſus faciendus eſſet, eaque ade profunda obvolverentur nocte, totam damnar cogeretur Medicinam. Papę. Sit tanti ponderi minitatum periculum, ut ipſe inculcat. Si ade imperuia eſt habitudinum notitia, Hæmophob in hac re non minùs caligabunt lumina, quam Veniſecæ, adeoquè quodcumque præſidium utrique contra ægritudines moliantur, obeſſ

ſemper

a Paradox. med. parte 1. *c.* 2. *§.* 17. *b De aere aq.*, *C locis n.* 56. *c De tẽp. l.* 1. *c.* 4. *d Taſſo Canto* 3. *ſtãza* 2

emper incognito Temperamẽto poterit, & aliũ
norbum in captanda ſanitate creare; quarè aut
ecernendum eſſet, infirmiſſimo ſtare talo rem
nedicam, aut varias craſes non adeo noſtram
onſiderationem fugere, quin ſaltèm inſignio-
es diſcrepantiæ innoteſcant, dum cæterę leves,
bi paulò plus, paulò minùs ſpirituoſæ, ſulphu-
eæ, terreſtres, ſalinæ, aut aqueę particulæ in
oc, quàm in illo ſanguine pollent, vix caſum
ucere poſſunt.

(*pag.* 60. *ex D. Rotario.*) Animi verò paſſio-
es, cum ipſæ præſertim immodicæ, ut elucidat
a) Charteſius, ejusque diſcipulus la Forge (*b*)
àm varia in noſtro ſanguine agant tripudia, er-
ores non tantùm in ipſius examine, ſed in uni-
erſa Semiologia filiare poterunt, quaproptèr,
cuti ab Ægro, ut ait Galenus à te citatus fu-
iendæ ſunt, ità à Medico inter prophaſespo-
iſſimum ſpectandæ.

(*pag*, 63.) Tu autem erudite Vir, qui uſque
uc ductus es (*c*)

— *ut nervis alienis mobile lignum*,

eferens pauliſper amicam Ducis manum, feſti-
um tui in hac re ingenij teſtimoniolum præbes,
, quod ajunt, vendibilis Vini hederam ſuſ-
endis. Sanguipetam itaquè ad duo experi-
nenta compellas, quorum primo poſtulas ſan-
uinem diverſorum ægrorum, quos ipſe anteà
iſitaverit, diſtinctis ciathis excipi, eidemque
fferri, ut divinet, cujuſnam infirmi ſit ſingu-
lus

a Tract. de animi affectib. b In tract. Charteſij de Homine parte 5. *art.* 96. *c Horatius ſat.* 7. *lib.* 2.

lus ille ſanguis. Secundò matulam humano ſa
guine jubes impleri, quinque alias ſanguine Br
torum diverſæ ſpeciei, rursùsquè contempla
das dari, ut ſingulum diſcernat. Cumque h
fieri non poſſe videatur, linguam *juſtitiæ*, & *ch*
ritate ardentem contrà Medicorum famam i
ſtruis, noſque vocas aut imperitos, aut crum
nimulgos.

Dic tamèn ſodès (ut primo reſpondeam) qu
colorem ſanguini cujuscumque ex propoſi
ægrotis à morbo inductum perfectè novit, ant
quam Vena ſecetur? Oh quoties ſtillat noſt
expectationi omnimodè adverſus! Vides qua
inſulſa ſit tua petitio Oniropolis, Magis, a
Hyerophantis præbenda, ſicut ex adverſo, qua
utilis, quàm neceſſaria ad diſtinguenda vit
ipſius ſanguinis exploratio? Quod ſi inter ægr
rum ſuccos manifeſta etiam in Corporè appare
differentia, ut ſi ſanguinem Leucophlegmati
mitti juſſeris, ac Pleuritico, exhibe ciathos n
vitijs etiam Philiatris: quibus ipſos viſitare co
ſuetum fuerit, diſcernent.

Ad ſecundum vehementèr doleo, te non app
ſuiſſe eos *Claſſicos Artis Medicæ Magiſtros*, qu
minaris, qui eximium tentamen patrarint,
quos Ego non incidi, (oh quam riderem, ſi
unus ex illis eſſes, & quis neſcit an ſolus!) nà
quidquid futurum ſit experiri non conducit,
relicta Veterinarijs Beſtiarum Medicinam fac
tibùs earum, ſi volunt, ſanguinis inſpection
ſufficit Medico in hominis infirmi ſanguine
inquirere, cujus tùm ſuis, tùm innumeris Cl
ſicorum

orum omnium Artis Magiſtrorum experimẽ-
doctus eſt vitia cognoſcere, & curativas indi-
tiones ſalutari exitu confirmatas haurire.
ag. 64. *Ex D. Rotario ad verbum f.* 54., *&* 55.)
Claſſicos quidẽ Artis Medicę Magiſtros appo-
ere non dubitas, quando reperis citatos à D.
otario. Ita Johannem Walęum magni nomi-
s Anatomicum (*a*) in ſcęnam rapis, illuſtri pe-
culo Venoſum & Arterioſum ſanguinem ex-
a Vaſa refrigeratos in nullo differre teſtantem.
tiùs tamèn egiſſes, ſi diſcrimen utriuſque ſan-
uinis intra Vaſa ex ore ipſius Walęi ceciniſſes,
rcens interim labori expiſcandi ab alijs. Ibi
im Vir Excellens diſcrepantiæ rationem ſub-
t, & modum, dum ait: *id enim habere ſanguis*
rterioſus præ Venoſo poteſt, quod ille recens quaſi à
o caleat, majorique ſpirituum copia abundet, ut
ulliens lac à refrigerato eadem ratione videmus
ſcrepare. Huic autèm ſuæ ſententiæ narrato
perimento gloriatur emiſſe firmitatem. Nam
i ab utrisque deceſſerit calor, & extincti ſint
iritus, ſimillima imagine neceſſario ludere
ebent. Ità mihi argumentum firmat, non
ſtruit, & petito à tua pharetra telo ſcopum
eum ferio. Fecit indubiam Walęo fidem ſo-
caloris, & ſpirituum ratione differre Arte-
oſum à Venoſo cruore uniformis in utroque
lor, uniformia accidentia; quarè ergò no-
s differre mixtione ſanum à vitioſo ſangui-
non indicabunt color, & accidentia, in
roque difformia? Hoc enim eſt, quod percipere

(*a*) *Epiſt.* 1. *de motu ſang.*, *& Chili*.

pere ſtudemus à refrigerato latice, nam vege
aut infirmi caloris, & laguentium, ſeu vivi
rum ſpirituum sàt claram à vitalibus, & anim
libus actionibus habemus repreſentationem.

(*pag.* 66. *Ex D. Rotario f.* 51.) Quod ſi Ga
nus (*a*), ut ſubycis, affirmat *Excrementorum, q*
intrà Venas ſunt, certum haberi ſignum non poſſe pre
ſolam Urinam, de Medico, tunc primum ſqua
dum ægri lectulum viſente loquitur, & de ſc
vacuationibus à Natura inſtitutis, quas tùnc
ſtrare poteſt, in cujus rei teſtimonium interr
gationes mox porrigit ipſi deferendas, antequa
curatio inchoetur. Ubi autem aerem proùt h
midus, nebuloſus, craſſus eſt &c., ad coloris v
rietatem aliquid conferre conſentit, ſtatim a
monet: (*b*) *præcipua vero cauſa varietatis eſt in i*
ſanguine &c.; imò Hippocrati quoque conſuetu
eſſe à ſanguinis conſiſtentia, & coloribus ju
cium ſumere oſtendit inquiens: *indicat ergo H*
pocrates nùnc diſcrimen in eo ſanguine, qui transfu
lividum ſe oſtendit, nam ſi cum duritie ſic appare
partes inflammatione tenentur, ſi ſine duritie, par
inflammatione vacant.

(*pag.* 67. *Ex D. Rotanio f.* 57. & 69.) Non ad
verò ſolemni riſu excipienda eſt, Vir ſtudioſi
mæ, illorum obſervatio, qui nigram portione
in fundo matulæ reſidentem indigitant eſſe T
taream, craſſioremque ſaburram, ſiquidem à
tione non diſtat, pinguiores moleculas com
ctioris texturæ ſuæ cauſa ſubtili, fluidæque ſu
ſtantiæ circa Terraqueum Orbem vorticoſo m

tu

a Lib. 4. *de ſan. tuenda*. *b De Fract. Com.* 2.

Tendunt autem spiritus ad cor congesti
ubi debilitatis, ut supra dictum est, causa
defectus ad inferiora tendendo

de humorib. cap. 24. pag. 246.

u rotatæ minùs permeabiles eſſe, proptereaque ortiùs preſſas ad infimum relegari locum. Ità eleberrimus Gulielmini (*a*) cujuſdam Ægri ſui anguinem ſtatim poſt emiſſionem attentiſſimè onſiderans, deciduos à ſuperficie globulos fun-lum petere conſpiciebat; unde ponderoſioribus bundare partibus illius maſſam colligens, ità tatim reiteratę Phlebotomiæ beneficio, emen-lavit, ut puncta denuo Vena minorem ipſorum leſcenſum videre potuerit, ægerque ſubindè nti à 24. horas immunis morbo, lętusque reli-tus fuerit. Quod ſi verſo vaſe, aut quocumque lio modo libera aeris uſura donatæ, libera, in-quam, non obſcura intrà Cubiculi parietes, colo-em vividum acquirunt, vi aeris liberè in ipſas gentis ſuperficies paulatim attenuatur, dimo-etur, & pervaditur, cui tamen metamorphoſi ſficiendæ trium horæ quadrantium ſpatium in-umitur, vt notarunt Boyle, (*b*) & (*c*) Andrio-us, vel advertente Verehyenio (*d*) citiùs, aut egnius, magis, aut minùs, prò ut idem ſanguis d recipiendum, aer ad imprimendum hunc co-orem eſt diſpoſitus.

(*p.*68.) Tù interim, quaſi ad Plebis delectatio-em ſatyricos luſus vernacula lingua non ceſſas xpuere. Oh quam bene Petrarca de Dialecti-o (*e*): *huius gloria tota in convicijs, ac ſtrepitu ſita t!* Saltem Etmullerus, cujus aliquot verba tibi

Exercit. de ſanguinis natura, & conſtit. pag. 57.
Append. ad hyſt. hum. ſang. Exper. 6. *partis.* 2.
In novo ſtyſtemate Medico-phyſ. parte. 3. *cap.*4.
In ſupplem. Anatom. tract. 1. *c.*8. *e Lib.*1. *Ep.* 12.

acuunt criticam licentiam, licet colorum, consistentiæ inspectionem suspectam facere v lit, revera tamen non dedignatur aliquan confiteri sibi, & alijs extitisse fidelem. Etenir ubi Acidum pro causa Pleuropneumoniæ prop nit (*a*) indicium captat etiam à sanguine p Lanceolã evasato, qui modò semigrumosus ex modò promptissimè cum sero congelatur, eiq frigefacto pellicula tenax subalbida viscida s pernatat. Ubi de obstructione, alijsque Abd minis morbis tractatum præbet (*b*), postquà dixerit ex vitiosa Sthomaci digestione massa ipsam sanguineam vitioso,& crasso muco impi gnari, docet observandum esse, sanguini in i libus subiectis extracto superinesse mucum qu dam albicantem sublividum spissum, Chili n lè digesti testimonium. Ubi.....Sed qu plura colligo, si eodem ipso loco, ubi specu tivis rationibus infirmam esse hanc coniectura suadet, non dedignatur interim exponere,qu iam à Veterum tempore ex colorum sanguir varietate in morbis indicatum fuerit, neque er bescit dicere: (*c*) *hoc observatum est &c.,hoc exp tum est, ac confirmatur* &c., aliasque practicu ipsius usum laudantes formulas registrare?

(*pag.*69., *& seq.*) Sed, per Æsculapium, discede à D. Rotario. Quidquid enim in a non tua tuo Marte fingis,prodigium est,si firm stet pede, neque involvat contradictionem. ne videreris totam convellere Medicinã, colc

examen

a Colleg.pract.parte. 2. *c.* 2. *b Colleg. pract. part cap.*12. *c De Pleth. dimin. thesi.* 9.

Addere ni[hil] possem noviam, curandi
methodum omnes morbos non
solum cognoscendi, sed etiam curandi
quam ex educti inspectione quae
D. Bartholomeus Beat[us] proposuit
et cel. Virtus in nobis ad praxin
instituere rectum compendiosa eu[m] ratio
hic tabo ex. g. [illegible] Sanguinis
a v. s. exorbiis et sang. debit[i] eius
consistentiam, colorem, odorem, q[uae] huc
cabunt exacte notas, quod obtinuerit
postea nos respexit, sonde Sanguis
Bellunianus, sero per abjectat diey
portijt, et postea sebij remedia
incepit demum vena secta sanguinis
vasa exhorat, quam a Corne-
mus suppeditat. Et solum simul
observand. iidem ceteris quamquam
alia methodo egrotasse talem quale
sit in hac vel illa febre inveniri
sanguinem sanum?

Com. Pro. [illegible]

xamen ab ipſa proſcribens, ex quo in Urina, Ex-
rementis, Facie, Lingua &c. uſitatiora depro-
ıit indicia, dicere non hæres *ſanguinem ſe habere*
quivoce intrà, & extra corpus; Excrementa verò,
& Urinam univocè, proptereaque illius inſpectio-
ıem futilem eſſe, iſtorum verò neceſſariam.
Quomodo tamèn univocè ſe haberent, ſi verum
ſſet, quod paulò antè dictitaſti, colores ab aere
ariari, & in extravaſatis, & frigefactis rebus
enerari ſubſtantias de novo? Sed *adeſdùm pau-*
is, te volo. (*a*) Poſt adhibitum ergo Catharti-
um, (qualia toto opere laudas) quod teſte Et-
ıullero (*b*) *ſæpè quas non inveniebat ſordes, corrum-*
endo corporis contenta efficit, Excrementorum co-
oribus erit (tuo dicto) danda ampla fides, &
adem negabitur ſanguini ex ipſiùs circulantis
naſſæ conſortio immediatè erepto? *Res putridæ,*
mortuæ, & foras ejiciendæ, ut tu ais, *benè indica-*
e poſſunt ſanguinis ſtatum, & prædominantium humo-
um vitium, & hoc non præſtabit ductus Lanceo-
a cruce, quia tuo metaphorico verbulo mor-
uus? Credatur tamen vocabulo; mortuus il-
le ſit. Quemadmodum Anatomica Medici ma-
ıus ambigens, quo in Viſcere mòrbus domum
conduxerit, in defuncti ægri cadavere hoc
ritè cognoſcit, arguens eam affectam fuiſſe
partem, quæ inſolito, ac in alijs Cadaveribus
obſervatum eſt, colore, flacciditate, odore &c.
oculos ferit, quarè in educto liquido, quod tu
cadaver ſanguinis vocas, ex diverſa; ac in probo
ſanguine conſiſtentia, colore &c. non licebit ar-

Terenti. in Andr. b In Præc. Hygien. & Therap. c. 5.

guere vitiùm, imo ex obſervata in tot alijs ſim
li ſcena, ſimilem affectionem pertimeſcere?

Mihi autèm aures planè obſurduerunt Rhe
toricis iſtis antitheſibus *vivi*, & *mortui*, quibu
adeò tibi places, & quibus damnato in ſanguin
coloris, & conſiſtentiæ indicio ſervas illud i
Lingua, & Facie. Non vacat ſuper his ulteriù
immorari. Vellem ſolum me expedires à dubic
lo. Cùm enim in limine primo huius capitis ſan
guinis colores rejeceris quia evanidi ſunt, & *qu*
ad apparentiam, non quo ad realitatem; cumque a
Honoratiſſimo (*a*) Boyle audiam, quoſcumqu
colores, etiam quos veros vocant, merè empha
ticos forſan eſſe, timeo, ne ſi tibi adamuſſir
credendum ſit, hi quoque nullius in Medico uſ
ſint roboris, licet Lingua, Facies &c. vivæ ſint
Oh quàm malè damnas noſtras coniecturas circ
ſanguinem; quam malè ſuſtines circa reliqua!

Deſinamus tandem vanis iſtis ſpeculationibu
nos torquere, eas relinquentes paucis Medico
rum, quorum *mens*, ut ait immortalis Baco (*b*)
geſtit exilire ad magis univerſalia, ut acquieſcat, &
poſt parvam moram faſtidit experientiam.

Ut itaquè longum hoc caput paucis contra
hamus, quandoque in cruoris examine com
mitti poſſe fallaciam non ambigo. Nequè enim
ullum aliud ſignum in re noſtra certum eſt, und
Hippocrates (*c*): *eum Medicum vehementer laud*
verim, qui parùm delinquat; certitudinèm ante
exactam

a De Colorib. cap. 3.
b In novo Organo lib. 1. *Aph.* 20.
c De Veteri Med. num. 16.

Trayte a Baya //

~~[illegible]~~ Bpo. Naire-Jan // a lyss

// de la Ch. a Dr Frolich pag. 132. et 136

// des maladies de l'Oeil chapitre 29. pag. 99.

eactam rarò videre contingit. Hinc itaquè jure-
ieritò eſt, quòd intrepida patientia, ne mini-
iis quidem neglectis exacta ſignorum ſyndro-
ies inſtauranda eſt, ut ex pluribus ſimùl con-
entientibus morbi indoles exploretur, inter
uæ, cum Experientia, quæ teſte (*a*) Arethęo
nus magiſter eſt, inſpectionem ſanguinis, ùt ap-
rimè utilem collocaverit, miſſis aereis Philo-
ophiæ delicatioris ſcrupulis meritiſſimè reci-
ienda eſt. *Similia* etenim *ſunt inter ſe omnia* (vt
Iedico inculcat (*b*) magnus Senex, monens hanc
ndromen comparare) *quæ judicant, & quæ pro-
nt, & quæ nocent, & quæ perimunt, quo hæc
idem fugiens avertat, illa vero accerſat, ducat,
que ſuſcipiat*; nec non animum addit incompara-
bilis ille Philoſophus Franciſcus Bayle (*c*):

*Innumera ſunt circa colorem, & conſiſten-
tiam ſanguinis inquirenda, quorum
notitia eſt ſummè neceſſaria ad
morbos, & cauſas morbo-
rum cognoſcendas.*

(*a*) *De Morb. acut. lib. 2. cap. 2.*
(*b*) *De Humor. num. 4.*
(*c*) *Problem. 6.*

CAPUT IV.

Inania, & frivola monſtrantur, omnia e quæ Vir Cl. cumulat, ſuſtinens

Phlebotomiam pro ventilando ſanguine ineptam.

(pag. 71. 72. ex D. Rotario pag. 137.)

ITà Phlebotomia, quæ optimi hujuſce Vi examen tàm æquè patitur, quam ſi

— *(a) tu ſurgas pallidus Aiax*
Dicturus pulchra pro libertate, Bubulco
Judice —

pergens ab incuſſis contumelijs ſe redimere, m do ventilandi ſanguinis officium ſibi parat ſtab lire. Initio autem in cachinnos ſolvimur, a dientes in dubium vocari, an per ipſam *mot ſanguinis acceleretur, an retardetur*; quippè hom ni, qui Fibrarum, & Vaſorum fabricam, & mu nus per denſius etiam vitrum ſpectaverit, con pertum erit, imminuta fluidorum copia min etiam ipſorum ad ſolidum impellens reſiſtenti adeoque validiore elatere in Tunicas Vaſoru ſenſim sẽſim anguſtiorũ urgeri, quę quãto mag ipſorum adpulſu diſtenduntur, eo fortiùs cont ipſa reſiliunt, atque ità hac perenni, hila que choræa velocior motus per univerſum co pus propagatur. Sed quod magis cenſuram rit meretur, illud eſt, quod admiſſa majore in ſ guine

a Juvenal. ſat. 7.

grandem mechanica demonstrationem Lucubrationibus
explicat Collectionem Aurimeas in Transact.
Philosophicas explicavit, ubi de corde
locutus est ridiculas singularissimas admodum tabulas
proferebat.

1 Saggio delle Transazioni Filosofe. t. a. pag. 10

...mque clariss. amicissimæ D. Catharinæ Bassianæ

... Semonsorotiæ

... passibus. C. amicæ meæ

D. Baccalariæ Parmensi Architectæ

... nova method. Tumor. resp. 15. pag.
III.

vivi gumosi ostendent

... vel dictas Comitteri venenatas de exhibitione

... Dauces amplectamur in quale remedia ex Vs

... Reginam Deus ipse celebrandas

a celeberrimo Cristo in nobis et castigandis ad bunc locum

a Brixio. Ait enim: Annon deplete vena

sectione vasa sanguinea et liberiores

reddere sanguinis ebullitiones remedia

quandoque erit. Forsasse liberiori deductæ

sanguinis fermentatione ebria adauctus corpo

calore potuit precipitatio seu coctio cauſa

morbifica promptius fieri adeoque morbus

desperatus. Comm. Oper. t. 2. pag. 436

nota F.

uine velocitate irregularem humorum motum
iagis confundi neceſſe faciunt, atque Etmul-
ri auctoritate concludunt, ſanguinem ipſum,
ui in Vaſis coarctatus vix habere poterat ebul-
tioni ſpatium ſufficiens, aperta illud Vena cõ-
iodius nanciſci, adeòque calorem augeri ve-
iùs, quam minui. Si etenim attentiore oculo
llatam mechanicen proſequantur, & conſide-
ent Fibras liberius dominium in ſanguinem, &
opia, & parte fermenti evacuata minùs tumi-
lum nactas, ubi per Canales ſecundum unicam
irectionem ipſum validè ſollicitant, occaſionem
ollere inteſtino motui, quo particulæ in va-
ias, & à recto tramite devias directiones agun-
ur, imò ut cum Bellino (*a*) loquar, dum ſan-
uis præcedens per Vaſa majori velocitate rece-
it à ſuccedente, ſeù in ipſum nititur momen-
o minori, minor fit particularum mutua at-
ritio, unde oriri calorem Vir ſummus oſtendit,
rofecto Williſio (*b*) fidem non negabunt, dicen-
i, *ſanguinem Vaſis inanitis ſpatium liberiùs nactum*
lacidè, & imperturbatè circulari.

(*pag.* 73. *ex D. Rotario ferè ad verbum pag.* 138.)

Nequè hanc in temperando calore efficaciam
uſpectam ullo pacto reddunt mutuatæ à D. Ro-
tario inſtantiæ, (cujus eſt hujus capitis pars ma-
ior, reliqua verò partim Chiarianæ, partim Bo-
vij). Non enim *in majoribus æſtatis ardoribus, in*
Canicula &c. vetat abſolutè Galenus Phlebото-
mi aculeum adhibere, ut textu à te allato vide-
tur, ſèd Cachectico ſolum iuveni, inquè magna

a De ſang. miſſ. prop. 6. *b de Phlebotomiâ.*

ſpirituum inopia, & fibrarum flacciditate con
tuto tùnc temporis hoc remedij genus non l
dat. Quippe aureolus iſte tuus Liber eſt Auc
rum carnificina, ubi indebitas amputata pa
pœnas ſemper miſeri tolerant. En verba (*a*
ſi cui ſanguis mittitur triginta annos natus ſit, ſed
xus, & mollis, & pinguis, & albus, & gracili
Venis, huic aut planè ſanguinem non mittes, aut
rum detrahes, & omnino quidem non mittes in temp
Æſtatis &c. Tota itaque ratio, qua magnus
ducitur ad prohibendum Venę ſectione hunc
venem, neque in Febre putrida collocatur,
que omnino in calido tempore, ſed in deficie
tibus potiſſimum viribus, & infirmo corpo
habitu, aliqua interim conſideratione Æſtat
ubi dehiſcentes pori ſpirituoſas particulas cop
sè ſinunt decedere. Hac ratione ducti etia
nos tùnc temporis tali præſidio cautiùs incu
bimus, neque executioni mandamus, niſi poſt
lata à viribus licentia. Eadem de cauſa neque
bi amica Cathartica permitti tali tempore vide
unde Hippocrates(*b*): *ſub Cane, & ante Canem d*
ficiles expurgationes; & alibi (*c*): *tempore æſtati*
Canis ortu quinquaginta dies vitare oportet, & n
dare pharmacum. Neque verum eſt refrigeran
ſanguinis neceſſitatem evidentiorem eſſe in cu
mo ebullitionis febrilis. Cum enim *Febris t*
ſententia (*d*) *nihil aliud ſit, quam generoſa excitat*
pugna ultio, ſpiritus dimicantis contrà rebelles hum
res, ſecari Vena non poterit niſi ab incæpto bel
inducias

a Lib. 11. meth. med. cap. 14. *b Aph.* 5. *ſect.* 4.
c De Medicam. purg. n. 4. *d Pag.* 139.

Ad imo plurimis rationibus, ipsius Febris maior
impetus ad venæ sectionem cele-
brandam exigendum esse acriter sustinet
Cl. Helvetius Reg. Christianissimi Regis Archiatr
et celeberrimus Practicus.

Hæc de Oeconomia animali pag. 91.

inducias procùret; & forſan criſis ſupremo illo niſu tentata intempeſtivo auxilio impedietur. Ità neque cibum quamvis reſtaurandis, non effundendis ſpiritibus deſtinatum tùnc temporis licet offerre, nàm inquit Senex (a): *cibum autem ne exhibeas, donec Febris remittat*; & alibi: (b) *Febrienti cibum ne offeras*. Prætereo tamèn Cornelij Celſi decretum de Phlebotomia in ſtatu omittenda (c) Rolfinkio videri potius particulare, quam univerſale conſilium. *Ardentes*, inquit, *implacabili furore ſævientes, & graviora minantes exleges tùnc ſunt, & vel in ſtatu admittunt. Periculum ex effræni plenitudine illud, quod ex intempeſtiva vacuatione ſupergreditur*. Et profectò cùm inſigni levamine (d) Leonhartus Botallus in ipſo etiã ferociſſimę Febris impetu Venam multoties aperuit, plurimisque, præſertim in obſidione Rupellarum adeò fęlicitèr, ut glorietur, *neminem ipſorum interijſſe, qui Venæ ſectione ſit uſus*; quam praxim etiam in intermittentibus excoluiſſe bono Jove gloriatur Gulielmus Cole (e).

Quod autem in ardente Febre ſit omninò ſanguini parcendum, non adeò bibulo ore ſorbeo Studioſè enim Bellino inhæſi, & totam, quamcitas propoſitionem decimam defixis, & non nictantibus oculis intrepidus luſtravi, reperire cogitans (ah vanus!) damnatam ibi in Cauſonide Phlebotomiam, quia *in tali ſtatu aperta Vena augetur Febrilis calor, & vehementiores fiunt acceſſus*

a *Hippoc. lib. 2. de morb. n. 37.* b *Idem de loc. in Hom. n. 39.* c *Meth. med. pag. 358.* d *De ſang. Miſſ. c. 12.* e *In Tract. de Feb. interm. cap. 8.*

ceſſus; ſed cum nullam ibi de tali Febre me
tionem invenerim, idque ſolummodo exaratu
eſſe contra ſecantes Vaſa in ſtatu, aut acceſſ
nibus Febrium, erubui tam facilè tibi credid
ſe, qui fumos vendere conſueveras. Eadem in
licitate indictas mortis pœnas Lanceolam
ſimili morbo tolerantibus deprehendere n
potui in Operibus Etmulleri, cui tu frequenti
inycis manum. Vidi quidem Cl. hominem
mali principio ipſam ſtrenuè commendanter
Nam ſi eſt Febris, ait ipſe (*a*), *quæ urget Ve
ſectionem, hæc ſanè eſt Febris ardens, propter
quoniam in hac obſervatur pulſus major, ſeù pot
maximus, unde periculum eſt, ne ex nimia raref
ctione ſanguinis Vaſa diſtenta, & repleta liber
rem ſanguinis impediant motum.* Sed hæc non
eſt ventilatio? En ut, quam ſuperiùs riſer
Etmullerus, modo cogatur dulciſſimè ſuadere
Avicennas autem in hac execrãda Febri Lance
lam omnino non reycit, ſed tantum cautiores
ejus exercitio Medicos cupit; ut ejus mente
benè inveſtigat (*b*) Zaccutus, aut in ſolis vulg
dictis Exquiſitiſſimis eandem non probat, quip
in ijs virium robur non adeſt, ut prò ipſo cor
muni cenſuræ eripiendo, interpretatur (*c*) Ra
mũ dus Ioh-Fortis. Et meherclè quotidiana pr
xi compertum eſt in hiſce periculoſis Affecti
nibus celebratam conſtantibus viribus Phleb
tomiam omnem paginam implere, quibus de
cientibus neminem ex ipſis rigidiſſimis Phleb
toma-

*a cap. 17. V. Febris Ardens. b In Prax. hyſt. lib.
cap. 15. c Conſult. de Febre Ardente.*

matoribus eidem aſſentiri comperies. Tale ſi-
ıidem præceptum enarratis harum Febrium
mptomatis Poſterorum uſui mandavit (*a*)
ippocrates: *Verum in acutis morbis Venã ſecabis,*
ortis apparcat morbus, & qui ipſum habent in vi-
re ætatis fuerint, & robur ipſis affuerit.
(*pag.* 74. *Ex D. Rotario pag.* 139.) Cæterum
ırcens Scriptoribus, qui *calorem ut Febris effe-*
um prædicant, ſi gloriolam in hac re affectabas,
ervosè oſtendendum erat in calore mitigato
ıieſeere Pblebotomiæ vires, neque aliud ægro-
ım beneficio moliri. Sed tu ipſe dum ventila-
onem deſcriberes, iam ante cognoveras, quod
nc per diminutionem conceſſo ſanguini per Vaſa am-
iori diſcurrendi ſpatio, facilius à morbificis particu-
r, & excrementis ſecernitur, atque ideò meliùs ex-
ırgatur, & defæcatior evadit. An hoc morbi
ıuſam feriat prudentis judicio deſero. Sed ali-
i fuſiùs.

(*pag.* 75. *Ex D. Rotario*) Excute aliam quer-
ım, ſi vis ventilationem proſternere. Melius
ſt, ut ad ſpirituum depredationem ordinariam
uam cantilenam confugias. Ità tibi poteris blã-
iri, motum ſanguinis diminuto ſpiritu retar-
lari, & metuere ſtagnationes, coagulationes,
& crudorum humorum receptiones in Vaſa.
Omnes terrores, quales pro morbi violentia in-
anientibus

——— (*b*) *fabula, & umbræ*
ruſtantur miſeras per longa inſomnia noctes.

Verum iſtis vanitatibus iam ſatis reſponſum eſt
ſecundo

a De rat. vict. in acut n. 35. *b Sannazar. Ecloga.* 1.

ſecundo capite, ubi ſpiritus extricari, non eſſ
di oſtendimus, & à cæterarum ignobilium p
ticularum tyrannide in libertatem recipi, p
ptereaquè in ipſis ſubigendis ſeverius imperi
adhibere. Eandem veritatem hic repetere,
novis verbis calamiſtrare vanum eſt.

(*pag.* 77. *Ex Chiariana Aſſalto* 2. *pag.* 16. *verbum*.) Ità etiam Phlebotomia cęſpitationi liquidorum anſam non permittente, & ſec tiones optimè diſponente Acidi vincula, aut ſ phurea flagella pertimeſcenda non ſunt, ut t ſuaſit Chiariana, ſed imò ipſorum correctio pectanda; & profectò in morbis à coagular Acido enatis nullũ ipſa tutius adminiculum ſe ratio, & autopſia confirmant, quippe q minimorum firmiores contactus, & ſangui compagem pauliſper laxat, & fluidiorem acce rato circulo maſſam conſervat.

(*pag.* 78., *& ſeq. Ex Bovio.* Fulmine contr Medici &c. *pag.* 331., *& ſeq.*) Cùm ergò ref lendæ neceſſariæ ventilationi tibi deſint ſoph mata (neque enim de hac re aliud commoda aut D. Rotarius, aut D. Chiariana) linguæ nenum evomis in noſtram praxim, qua Em ſiones, Aquas coctas, mulſas, cæteraſque hui modi potiones in Febribus propinantes à Vi abſtinere conſulimus. Dux ſcilicet in hac ſpa ornanda tibi eſt Zephiriel Bovius, (oh niſi vi rer mortuo Leoni barbam vellere, quam libe illi pro te decepto diem dicerẽ!) cujus verba la no ſtylo polis, niſi forſan libello Leonharti A guſti (*a*) Patritij noſtri uſus ſis, in quo eade

a Antimedicina pag. 15. *c.* 11.

non

n abſimili modo proſtant . Ego tamèn hic
ologiam Emulſionum non exerceo, nequè
ſarum in re noſtra indubiam utilitatem prædi-
, de qua re quædam mihi excident, ubi de In-
mmationibus agi continget , ſicuti nec Vini
um à Foro Medico exulem facio, cui multa
na præſertim in refocillandis viribus, & ſuſti-
ndis ſenibus, quibus

(a) *Dulcis non amplius multum*
Vitæ tempus relictum eſt,

enter indulgeo. Hoc ſolum ſecura voce, con-
ntique animo loquor, quod

(b) *Data tempore proſunt*
data non apto tempore Vina nocent.

inimè vero aptum tempus propinando Vino
ſe Febrem (gravem intelligo; in levibus enim,
nullius periculi communitèr toleratur) teſtes
co omnes illos Scriptores, quibus hanc deman-
ri provinciam tu ipſe voluiſti. Ità Trallianus
ſtaurandis ſpiritibus illud laudat, ſed Febre
ſente: (*Lib. 1. tit. de Vino*) *In quibus nulla*
vens inflammatio, aut magnus admodum calor
ecordia infeſtet, & vires infirmentur audactèr illi
inum exhibeto. Ita Paulus Ægineta: (c): *Quod*
Febris magnitudo obſteterit, neque Vino utendum,
que lavacro &c. Ità Galenus: (d) *Uno hoc in potu*
endum cenſeo omnibus, quibus vires refici eſt opus
odo non febricitent. Quod ſi in acutis quibuſdam
orbisſorbeatur, inſanabilium fermè malorum
auctо-

a *Anacreon in Fragmentis*. b *Ovid. lib. 1. de re-*
med. amor. c *Lib. 2. cap. 18.*
d *Lib. 7. de Meth. med. cap. 6.*

auctorem præsagit (*a*): *Sed advertendum est aliquid sit, quod prohibeat ejusmodi exhibition veluti si aliquod unum ex Visceribus inflammati patiatur, aut caput vehementiùs doluerit, aut aliqua, quæ delirare cogat affuerit, aut Febri cedens in morbo crudo; magna enim, & ferè insa lia ex potu Vini in huiusmodi affectibus nocum proueniunt*. Hippocrates autèm, non solum brientibus, quibus, inquit, *in potu dabis aq calidam, & aquam mulsam, & acetum cum aqu* sed per bonam etiam valetudinem calidis ten raturis Vinum interdicit: (*c*) *calidæ naturæ f ditas, potus aqua;* inque omnibus morbis v perat, ubi gravitatis Capitis, aut delirij su cio est, quæ an in Febribus, præcipuèque fe bus, passim occurrant, praxis loquatur (*d*): *tamen in his morbis suspicatus fueris, aut capitis vitatem vehementem, aut mentis perculsionem om à Vino abstinendum est*. Usui verò refrigerant hilaritèr subscribit: (*e*) *Frigefactorias potiones in bribus ardentibus bibendas dato;* & alibi: *Huic a & aquã mulsã aquosã, coctam quantum voluerit dam dato* (*f*). Et in Febre hyberna, licet cum mi deliquijs: (*g*) *attamèn fame talem mace oportet, & aquæ, & mulsæ potu, & ptissanæ conservare*. Quod si aliquando in ardentibus bribus Vinum dedit, vigintiquinque aquæ pa bus permiscuit. (*h*) *Vinum Thasium vetus parte cum*

a De arte curat. lib. 1. *cap.* 10. *b De loc. in hom n.*39. *c Lib.*6. *de morb. popul. sect.*3. *d De rat. v in acut. n.* 37. *e Lib.* 3. *de morb. num.*29. *f De vict. in acut. n.*34. *g Ibid. n.*49. *h Lib.*3. *de mor*

n vigintiquinque aquæ partibus dato; Quam rem-
rādi vini ampliſſimā formulā etiā ſanis in uſu
iſse veteribus tēporibus Homerus teſtis eſt:(*a*)
ìm vinum ſapido ſorberent ore, viginti
mpharum partes ciatho miſcebat in uno.
eque diſſidet Avicennas, inquiens(*b*): *Neque bi-*
t (Vinū) *qui habet ſpecies laſſitudinis tres ſimplices*
orioſam, extenſivam, & ulceroſam, & ſpecies laſ-
idinis compoſitas ex eis, neque bibat ille, in quo
eceſſerunt diſpoſitiones cauſantes raritatem mea-
m, aut ſparſionem caliditatis naturalis. Imò
bi curationem proponit morbi excitati à po-
vini aſſumpti (*c*), quando Febris, aut Capitis
lor urgebat, jubens in Plethorico ægro Phle-
tomiam ad Syncopem, ſin minùs abſente Ple-
tudine lenibus quibusdam, frigidisque reme-
js ſuccurrens. Tandem ad Meſuen accedens,
i potius ejus ſuppletorem Petrum Apponen-
m, corruptos vetuſtate Codices puluerulen-
s explicui, incidensque in citatas à te lineas,
ibus Vini in Febribus uſum ad compeſcen-
m ſitim permittit, agnoui infideliter reciſas:
eſunt enim hæc verbula: *& non bibere illud, ſed*
nbere paulatim, & cum ſuavitate; (*d*) quibus
ntillam ſolùm portionem Vini benè *permixſti*
creando palato, & ſiti leniendæ concedit,
æ parùm auxilij morbo poſſit conferre.
Hi ſunt illi artis Medicę Magiſtri, quorum
auctō-

Odyſſ. lib. 9. *b De removendis nocument. que acci-*
dunt in ſex reb. non natural. tract. 1.
Ibidem tract. 6.
Lib. de ægritud. memb. nutr. cap. de ſiti.

auctoritate in nos inveheris. Vide an revera bitæ illis reverentiæ deficiamus, & permitte etiam à D. Rotario, (a) Galeni textum mut ri: *tu mihi videris hæc nèc unquam legisse, nèc, s gisti, intellexisse.*

CA-

a *Meth. Med. lib.* 1. *cap.* 2. *apud D. Rotariu opusculo cui titulus,* Dardo rintuzzato *&c. p*

CAPUT V.

Eruditurr Viri Cl. fallacia, quibus fœdè præditur

Phlebotomiam præsanguinem fuisse, ejusdem derivationis fructuosam.

CAPUT V.

Enudantur Viri Cl. fallaciæ, quibus ſonorè prædicat

Phlebotomiam pro ſanguinis revulſione, aut derivatione fruſtaneam.

(*pag.* 85., *&* 86. *ex D. Rotario ad verbum pag.* 87.)

REvulſionis modò, & Derivationis praxi bellum indicturus, viam ſuſcipis, Vir Cultiſſime, nimis ſalebroſam, tibique alienis incedenti ſoleis perquàm difficilem. Non enim aut impia coniectura in Græcorum, atque Arabum diſcordia fundata, aut ſanguinis circulus olim Medicis ignotus earum exiſtimationi quidquam detrahunt. Siquidem, quamvis ſiccis non ferant oculis (*a*) Fuchſius, (*b*) Etmullerus, (*c*) & Baglivus memoriam illius diei, quo Medicina, reliquæque bonæ Artes ab acceptis Barbarorum cladibus inciderunt in Arabes, & puriſſimi ipſarũ fontes maleolentibus lacunis inquinati fuere; tamèn derivandi, & revellendi praxis in antiquo, laudabilique uſu ſempèr ſtetit. Quamvis autèm ſcholæ Coę in Pleureſi ſananda magis arriſerit à laborante latere ſectio, dum Arabicæ oppoſitum pungere magis placebat, non adeo tamèn implacabiles inimicitiæ inter utramque exercitæ

a Inſtit. lib. 5. cap. 11. *b In Prolegom. Inſtit. Med. c.* 1.
c Prax. Med. lib. 1. *cap.* 8.

exercitæ fuerunt, quin amico pacis fœdere
praxeos uſum non componantur, ut fatent
(*a*) Sennertus, & (*b*) Cæſalpinus; imò Horati
Augenius(*c*), & maximè Andreas Turinus, C
mentis VII. meritiſſimus Archiatrus(*d*) inelu
ſtabilem conſenſum inter utramque fuiſſe ſu
net, ubi allatis Serapionis, Alſaharanij, Iſah
aliorumque Arabum textibus Oribaſij, Pa
Æginetæ, Ætij, aliorumque Græcorum ver
confert, imò ipſius Hippocratis, & Galeni,
quibus uniſonis conſtat in Inflammationis pri
cipijs, ſanguineoque corpore laudaſſe utroſq
mitti ab oppoſito latere ſanguinem, indeque i
rari à patiente ſectionem, tum etiam quando
res tùnc temporis non omninò firmæ unicam
affecta parte largam effuſionem non videant
toleraturæ; morbo verò altiùs ſtabilito, & r
bore corporis ſatis firmo liberalem à latere lab
rante emiſſionem fore admodum opportunam
Secta enim revulſoriè Vena (en etiam ut ſtet c
culi legibus hæc doctrina) dum alacriter ſangu
emiſſarium verſus citato pede progreditur, A
teria ipſi coniuncta celeriter vacuatur, unde C
majorem quantitatem ſingula contractione illi
urget, ubi minor eſt præcedentis reſiſtentia
adeoquè majus habet velocitatis momentum
cumquè hùc cruor dicta de cauſa copioſiùs a
volvatur, minor ipſius portio cæteris partibu
adeoquè Inflammationis loco adventat, qua
contractiles villi Vaſorum, circa quæ morbus e
ab oppri-

a Prax. lib. 2. part. 2. c. 16. b De morb. Thor. cap. 7.
c De ſang. miſſ. l. 7. d Lib. de ſang. miſſ. in Pleuritic

) opprimente Plenitudine reſpirantes inchoant
imovere hærentes particulas; quod multò ma-
s proſequentur, ubi copia ſic diminuta, inciſo
ırſus derivatoriè affecto latere per Axillarem
enam, coniunctamque Arteriam parti affectæ
cinas derivabitur copioſiùs ad emiſſariũ cruor,
ıi ad affectæ Pleuræ Vaſa & inflammatio-
s ſedem propulſus fuiſſet. Si ubi Domini-
ım la Scala in tuæ ſententiæ confirmationem
)caſti, faviſses benigno oculo Illuſtris viri Mat-
ıæi Georgij Lucubrationibus(*a*), qui omnia il-
ıs ſcommata contrivit, hanc circulo ſanguineo
)hærentem revulſionis, & derivationis metho-
ım fuſiùs ornatam legiſſes, quam vix paucis il-
ıs tuis exceptis omnes ſani Neoterici tuentur.
:d redeamus ad Veteres. Tanta itaquè non eſt
ter has ſectas de hac re diſcrepantia(Veſalij au-
m error nequè aſſeclas invenit, & vix commu-
tèr exploſus propugnatorem, imò neque ab
uctore ſuo ſatis defenditur, qui alibi(*b*) nihil
tereſſe ait, dextrine, aut ſiniſtri Cubiti Vena
:etur) ut ejus argumento Revulſio, & Deriva-
) decidantur inanes. Multò minùs ita putavit
erulamius. Atqui hic, niſi obſequio detine-
ere, nam (*c*)

ura mihi ſemper fuit, & manet officijs te
mnibus excolere, ———

xſibilarem D. Rotarij opuſculum vernaculo li-
:t idiomate exaratũ à te magno Theologo per-
:ram fuiſſe intellectum. Cùm enim Dialectico-

Phleb. liber. puncto 11. *b Lib.* 3. *cap.* 5., *&* 7. *& lib.* 5.
cap. 9. *c Paulin. Epiſt.* 2. *ad Auſonium.*

rum ſtrepitus (quàm opportunè ad rem noſtra
inter ea præjudicia admirabilis Baco (*a*) collo
ret, quę Naturę interpretationẽ remorata ſun
ridiculam illam Philoſophiam vel ex eo con
deret, quod tanta inter ejus Sectatores diſ
dia fuerit, emphatica quadam ſimilitudinis i
gine argutiſſimus D. Rotarius ad hanc Græ
rum, & Arabum diſſenſionem argumentum
duxit. Nèc unquam Revulſionem firmo ejus
cto, ut tu agis, redarguiſſet, quippe Cl. Hon
in hujus nobiliſſimi Angli ſcriptis verſato in
teſcebat, intèr cętera remedia, quæ ad ſiſt
dùm ſanguinem Vir ſummus proponit, hoc q
què numerari, (*b*) *ut mittatur ſanguis ex adv*
parte per revulſionem.

Veruntamèn, quando etiam irreconcilia
eſſet hęc Veterum pugna, quid adhuc oritur
tra recta derivandi, & revellendi cogitata
ſola ſiquidẽ Pleuritidis curatione alijs placet
vulſio, alijs Derivatio, nemò alterutram
verſalitèr damnat neque Arabs, neque Græc
neque ipſe Veſalius. Multo minus Hippocra
qui, quando etiam, ut ais, Derivationem in
morbo laudaret, in pluribus alijs Revulſion
commendavit, pro qua generalitèr in Affec
nibus enecandis hæc tradidit: (*c*) *Venæ igitur*
ctiones facere oportet juxta hos modos, operamque
re oportet, ut quàm longiſſimè à locis, ubi dolore
ri ſolent, & ſanguis colligi ſecemus. Oh feſtiv
itaque tui argumenti efficaciam! Ubi ergo de
medio

a In novo Organo l. 1. *pag.* 298. *b Hyſtoriæ nat*
Cent. 1. *Exper.* 66. *c De oſſ. natura n.* 13.

Licet ergo michi hanc lectera dissere
facias illud dicere jus plagiarius Balthasaris
de Capra asserit Cl. Fabricius, sed liber di N
eminus perierit si del vero dagli errori in quo
[illegible] nella sesta pagina le sottoscritte co
sed haredes a medicorum descriptione in latinis
faciendis examini subjicit sortremidius eamque
valy clare ostendere ut quam parum remissionis doct
intelligerent antiqui medici ex ignorata sanguinis
circuitu, ne quo impossibile esse falsum ipsa co
cere quam si ipse exisserit vebere [illegible]
[illegible] alle calunn
di Arabia [illegible].

Clinici procul dubio cognoscent remissione
ex esse habere facta ista magis quide immedi
tam dat adeo parva differentia ut mirand
non sit super minima haec re
clamor peraebos fuisse.

a conto di Capra pag. 193.

à qui si giunga quel che si è scritto
nell'altra pagina qui
addietro, ove comincia
sed pro ea

edio alicui peculiari morbo adhibendo inter
ıoſdam Medicos diſsenſio eſt, exulare cogetur
›ſum univerſalitèr à Medicina? Ità cum celebre
lud antipyreticum Quinquina, difficultèr in
uibuſdã morbis ab aliquibus admittatur, ut ſo-
ant adhùc in Medico orbe quæſtiones, (ne di-
am, quæ hoc ſæculo contra ipſam vulgarunt Cl.
a) Ramazzini, & pro ipſa Doctiſſimus Torti (b)
arebit hac ratione tanto præſidio Jatria, atque
b utilium remediorum catalogo ipſius nomen
radetur? Oh feſtivam, inquam, tui argumen-
i efficaciam!

(*pag.* 88.) Verùm ſi Galeno, ut obycis, parvum,
ut tardum juvamen conferre viſa eſt oppoſiti
›rachij ſectio, hoc juxta ejus placita intellige de
:onfirmata, & veteri inflammatione, nam alibi
it: (c) *ut ſummatim dicam incipientes inflammatio-
ıes revulſione curare oportet, quæ verò jam inveterа-
æ ſunt ex ipſis, ſi fieri poteſt, partibus, ſin minùs ſaltem
x vicinis*; atqui & aliàs Revulſionem vocare ſo-
et *non leve præſidium* (d). Deſine etiam quibuſ-
lam Auctoribus obſtrepere, quibus viſum eſt,
›oſt hanc intentatam geminata fuiſſe ægrotis
pericula. Aut enim, reſpondeam, violentiæ
morbi tribuendum eſſe, non infelicitati remedij,
nam (e)

Interdum docta plus valet arte malum,

aut forſan intempeſtivè, non ſinente morbo,
aut viribus revulſionem quæſitam; *Quæ enim*

a *Tom.* 2. *oper. de ab. Chin. Ch.* b *In reſp. Iatroapolog.*
c *De Cur. per ſang. miſſ. cap.* 19. d *Lib.* 9 *meth. c.* 10.
e *Ovid. lib.* 1. *de Ponto.*

profuerunt ait Senex (*a*) *ob rectum uſum profuerun quæ verò nocuerunt, ob id, quod non rectè uſurpa ſunt, nocuerunt*. Cæterum beneficia ab eadem R vulſione in ipſa Pleuritidis curatione parata til depingent (*b*) Trincavella, (*c*) Augenius, & c tatus (*d*) Turinus, qui Briſotti à te allegati op nionem ratiocinibus impetunt; imò Matthe Curtius, qui ſtrenuè pro ipſa refellenda pugnav rat, Pleureſi detentus contra ſua placita ſeca ſibi Venam permiſit, proteſtatus ſe tunc age Ægrotum, non Phyſicum, atquè ità morbi f ritatem evaſit, undè exclamat ampulloſe (*e*) O theus: *ſeruari Medici vita non poterat, niſi libri quem ob ingenij famam compoſuerat, fide extincta*.

Tutò itaquè Antiſpaſim, & Deriuationē am plectimur, utpotè rationi, & autopſiæ conſenta neas, neque à lege circuli rejectas. (*pag.* 89.) Ni hil autem juvat *momentaneum* vocare *quemlib motum, qui per Phlebotomiam in ſanguine induci po teſt*, tribuendo etiam ſomnioſæ Vacui fugę, quo ſolidorum impulſui, atque elateri, & liquido rum ad ipſa proportioni debetur. Hoc enim omnino falſum eſſe evincit (*f*) Hyeronymus Sba ragli, probans tempus requiri, ut copioſior ſan guinis quantitas arte ad aliquam regionem mot per tot anfractus recurrat, ut ęqualiter à Corde

denuo

a Hippocrat. de Art. n. 7.
b De Venæ ſect. in Pleur.
c De ſang. miſſ. lib. 7.
d De ſang. miſſ. in Pleur.
e Apud Schenkium lib. 2. *obſ. de Pleur.*
f Exercit. Phyſico-Anat. pag. 153.

Scribanius autem loco à se allegato
examinans, negat primum an ab
eâdem an ab aliquo alio facta sit Mundi
Vera creatio, liberè concludo in
mundi principio ab [illegible] Patre
instituendo esse posse principium
vero Christi ab eodem. Quod
si rarissimè à remotissimâ Deitatis
naturâ ratione huius rei sensum
nobis [illegible] rarissime enim assurgit
ab initio mundi accersitur Mercurius
Pater ideo in augmento sed ab solum-
modo in semine.

Obs. Bo Cent. 5. tom. 2. pg. 326.

lenuo diſpenſetur; unde ritè quidam Neoteri-
us ſenſit, velocitatem, qua fluit ſanguis poſt-
quam miſſus eſt, eſſe quidèm minorem illa, qua
luit, dum mittitur, ſed majorem illa, qua fluebat,
ntequã mitteretur. Idẽque Egregius Vir optimè
liſquirens vanas quorundã Philoſophorũ veriùs,
quã Medicorũ opiniones, Juvenem Praxeos ſol-
licitũ antiquo mittendi ſanguinis canoni incum-
bere monet inquiens (*a*): *ne tibi perſuadeas poſt*
notitiã mechanicæ motionis ipſius ſanguinis immutatã
fuiſſe praxim ſectionis Venæ, nàm impulſus, gravi-
tas, Vaſorum contractiones, & compreſſiones, quibus
motio ſanguinis explicatur mechanicè, non impediunt,
quin ſanguis mittatur in omnibus illis morbis, in
quibus mitti conſueverat, non recedendo ab eiſdem
obſervationibus, loci, temporis, quantitatis, virium,
& hujuſmodi, quæ paſſim proponuntur. Sed tù modo
ad Inflammationum naturam inveſtigandam
properas, nova inde Revulſioni, & Derivatio-
ni pericula moliturus.



I 4 CA-

a pag. 155.

CAPUT VI.

Occurritur vanis cavillationibus Viri Cl. diffamantis

Phlebotomiam in Inflammationibus non ſolum inutilem, ſed perniciosam.

(*pag.* 90. *ex D. Rotario pag.* 73. *ad verbum.*)

SUſcipis itaquè, Elegantiſſime Vir, Inflammationum examen pro modulo libidinis tuę, non ſine Theſeo conſueto; ſtatimquè ab ipſarum curatione Phlebotomiam, & refrigerantia proſcripturus, affirmas ſanguinem ipſas conſtituentem non eſſe inflammatum, ulloque pacto calentem, ed immobilem, & fermè frigidum, quodque peius eſt, ab ampliſſimorum Hominum calamis hujusmodi paradoxum effluxiſſe dictitas, quorum notulam initio thraſonicè oſtentas Parce tamèn mihi, ſi tibi integrè non aſſentior ſuſpicatus, huiuſmodi Scriptores ſentire quidem ſtagnantem ſanguinem Inflammationi gignendæ conducere, quando tamèn ipſe vehementi ſuorum minimorum attritione percaleſcat, & deſignatæ parti igneos, ut ita dicam, ſtimulos admoveat. Ità memini legiſſe apud Williſium (*a*) hæc duo ad Phlegmonis Peripneumonici natalis neceſſariò requiri, *quod ſanguis febrilitèr efferueſcat, ſimulque, quod intrà ductus Pulmonum anguſtiores*

res hærens obſtructionem ibi inflammatoriam creet ; qui etiam nervosè probat, quod, *niſi hæc bina concurrant, ab iſto morbo immunitas eſt.* Quì igitur fiet, ut hic Cl. Anglus tuę ſententię ſtabili endæ ſuum commodet nomen ?

Reperi etiam apud Etmullerum (*a*) has lineas: *jam verò cum ſanguis, qui dat inflammationem, ſit ruber, & calidus ; ergò calefacit partes, & pars neceſſariò dat ruborem.* Nihilominus ejus protectione Vir Honorande gloriaris, quaſi frigidum vocaſſet ?

Et licet ſcribat Deleboe (*b*) ; *arbitror autem incendi, & inflammationem parere ſanguinem* &c., tu ex illius ore affirmabis, *cauſam proximam Inflammationis non eſſe ſanguinem accenſum* ?

Sed ecce rem magis feſtivam, & ingens teſtimonium, quàm ſit fidelis Auctoribus Homo noſter. Suæ hypoteſi Diamerbroeckum octavo capite ſecundi libri aſſenſorem temerè jactat, verum eo in loco laudatus Auctor hæc habet : (donetur rei poſcenti longiuſculus textus) *quam cauſam non perceperunt illi, qui per ſolas Vaſorum Anaſtomoſes circulationem fieri arbitrantur. Docent enim ob denegatum commodum ſanguinis tranſitum Vaſa quidem ad ſummum repleri, hincque partes à repletis Vaſis in tumorem diſtendi (quaſi verò Vaſa ità diſtendi queant, ut inducere poſſint duorum triumve digitorum altitudinis tumores, quales ſæpè conſpiciuntur) ſed quia in repleta Vaſa plus ſanguinis impelli nequit, hinc ſanguinem in ijs coacervatum novo arterioſi ſanguinis affluxu deſtitui ſicque refrigerari,*

a De Inflamm. in genere cap. 2. b Lib. 1. cap. 11.

rari , non verò inflammari. Verùm non considerant sanguinem totum per Vasorum Anastomoses non transire , sed maiorem eius quantitatem in poros substantię partium impelli, e quibus si non satis citò redundans quantitas in Venas profluat ob causas supradictas , tunc necessariò fieri partium tumorem , & quia singulę affluentes guttulæ Arterioſi sanguinis suum conferunt calorem , hinc à sanguinis in parte nimio augmento nimium fieri augmentum caloris , & ab hoc intenso calore fieri sãguinis cumulati effervescentiam, partisque inflammationem cum tumore .

Vir itaque noster integerrimus Diamerbroeckum patronum nominat opinionis, quam ex professo destruit , cumque vivam suæ sententiæ picturam nigro deleat carbone , ipse hujus Illustris Anatomici auctoritate illi postulat colorẽ ? Oh egregium Caput!

Sufficiat hoc captum à ~~primi subsellij~~ Scriptoribus specimen pro cęteris etiam, quos memorat, quibus omnibus dum ~~obstupefactos~~ oculos admovere me piget , tu prudens Lector considera, quid sentiant , &

—— (*a*) *crimine ab uno*
Disce omnes ——— .

Ad Hippocratẽ me interim converto, ne erosę, & abscisse hinc inde à magno Viro particulę cuipiã dubitationis ansam permittant . Talis autèm optimi Senis de Inflammationibus sermo est: (*b*) *Peripneumonia fit cum commota , & calefacta pituita, ac bile Pulmo præ caliditate traxerit in se ipsum de vicinis locis ad ea , quæ jam sunt in ipso: & percalefacit*

(*a*) *Virgilius lib. 2. Æneid.* (*b*) *Lib. 1. de morb. n. 43.*

lefacit quidem totum corpus, & dolorem exhibet. Nec abſimilitèr de latere inflammato (*a*): *& percaleſcit, & per caliditatem trahit ad ſe ipſum de vicinis Venis, ac Carnibus pituitam, & bilem.*

(*pag.* 92. *Ex D. Rotario pag.* 75. *ad verbum.*)

Imò ille ipſe rigor incipientis ſocius Inflammationis, à quo Vir eximie umbram quæris tuo cogitato (ſi Hippocrati credendum) interni ignis propago eſt. Ait enim, capto de Pleureſi poſt copioſam potationem excitata exemplo: (*b*) *Pleuritis quidem fit, cum potiones acervatę, & fortes valdè corripiunt. Percaleſcit enim totum corpus, & humectatur à Vino. Maximè autem & bilis, & pituita percaleſcit, & humectatur, & ſane his commotis, & humectatis contingit, ut rigor invadat ebrium, ſive ſobrium, &, cum latus natura carne nudum ſit &c., maximè rigorem percipit.* Et ædepol ſtagnante ſanguine, & inteſtina ebullitione tumultuante hęterogenea ſalia faciliùs ſe exerunt, ac tẽſis membranis commodiùs ſua acumina inijciunt, unde & nervea filamina criſpantur, & vicinas Glandulas comprimentia calefacienti, & vivificanti liquido liberum ad eas ingreſſum non ſinunt.

Illam vero Anginæ ſpeciem, quam Hippocrates deſcribit, ubi à craſſa, frigida, & glutinoſa pituita à Capite defluente congelari ſanguinem in Vaſis Colli hyeme, & vere animadvertit, Riverius (*c*) cum ſanioribus Veterum inter ſpurias, & improprias collocabat, in quibus nullam adeſſe Inflammationem Schola antiqua teſtabatur. Indubiè autem juxta ipſos vera

Angina

*a Ibidem n.*41. *b Eodem n.*41. *c Lib.*6. *Prax. c.*7.

Angina erar illa, quam Senex attigit his verbis (a) *cum vero æſtivo, & autumnali tempore fluxio calda, & nitroſa de capite fluxerit, utpotè ex tempo acris, & calida facta, talis ubi eſt, mordet, & exu cerat &c.*

Verum defęcatiore hujus ſæculi lucis Anato micæ radio compertum eſt, non patere à Capit viam in Vaſa Jugularia calidis, neque frigid fluxionibus, unde non alia ratione ille Cyna ches, quas Veteres pituitoſas vocabant, edu tur, niſi quia contingere poteſt, ut Glandu Colli aliqua de cauſa tumeſcant, & ſanguiveh aliquod Vaſculum comprimant, vel, quod fr quentiùs, ab aere frigido, aliave ſimili occaſion lædantur, & lympha in ipſis contenta abeat i coagulum, quæ eructata in propinquum aliquo Vaſculum, obſtructione facta *ſanguini tranſit obturet, & ipſum immobilem faciat* quoad motu progreſſivum; tùnc verò inteſtinus augetur, qu minima ipſum ſanguinem componentia corpu cula, ſecundum lineam rectam progredi imped ta, proptèr compreſſionem reſiliunt, atque ſubtili ęthere paulatim ſubſiſtente, poroſqu mutatos peregrinè ſubeunte, vorticoſo motu i ſe invicem rotantur, undè ipſorum ingens a tritio fit, adeòque immodicus calor. (*pag.* 94 & 95. *ex D. Rotario ad verbum pag.* 76.) Huic it què ſeditioſo inteſtino motui compone Vir Cu tiſſime illam caloris deſcriptionem, quam ti digniſſimorum Philoſophorum ingenio cuſa obtulit D. Rotarius, & invenies convenienter

Scito

a *De rat. vict. in acut. n.* 40.

Scito insupèr tantum abesse, quod densatus, inque suo progressivo motu sufflaminatus cruor calore careat, ut imò Franciscus Bayle, cui tuum negocium in hujus capitis limine commendasti, licet verum ejus cognomen non inglorio Nobilissimi Boylei & hic, & alibi permutes tribuens forsan Veronensium typorum mendis gentilitiã ejus stirpem à te ignoratam, non alia ratione (si Dolęo (*a*) fides) quàm compressionis, & hujus intestini motus adaucti corpora densata citius excalefacere probat, quàm rarefacta; quoniam in mutuo illo nisu particularum secedere conantium, pluribus atomis, ijsque adunitis vicinum corpus concutitur; & sustinet compressionem adeò validam reddere mutuam illam minimorũ collisionem, illiusque ope ipsa violentiùs in corpus solidum ferri, ut contingere possit corpus liquidum calore destitutum nihilominus solidum excalefacere, quemadmodũ in Catapulta Pneumatica compressus aer excalefacit tubum. Imò cernens in Machina Papiniana ossibus emolliendis destinata Carniũ coctionem, ipsorumque ossium dissipationem tardiùs, aut celeriùs perfici, prò ut aqua calens magis, vel minus premeretur, non dissimilitèr futuras faciliùs in humano corpore Inflammationes cogitabat, quantò magis sanguis compressus esset, undè sicuti in ipsa Machina caloris effectus depauperata aqua mitescebat, ità imminuto per sectam Venam sanguine ipsius impetum componi, & vagientem in cunabulis Inflammationem suffocari concludit.

Et

a Epist. 4. ad Waldsch.

Et revera incipientis Inflammationis Phleb
tomia fortiſſimum flagellum eſt, quę inanit
quibuſdam Vaſis ſanguinem alicubi fermè ſt
gnantem, ſeù lentiùs progredientem ad natur
lem placidam undulationem ſollicitat, & con
preſſione ſoluta inteſtini tumultus eripit occ
ſionem. Ipſius verò jam factæ ſaltèm progreſſu
coercet, dùm ſanguis, qui antequàm radices eg
rit Phlegmon cęſpitabat, & hærebat in Vaſculi
multò difficiliùs per ipſa ob Inflammationem a
guſtiora traycietur, adeoquè, niſi minuatur, a
gendo malo plures particulas perſolvet. Inſupe
hoc ad ipſius exterminium confert, quod eva
cuata, ſive à parte remotiore per revulſionem, ſ
vè à propinquiore per deriuationem ſanguini
parte (ut elapſo capite attigimus) cum mino
quantitas ad afflictum locum deferatur, ſyſtalt
cam ſuam contractionem Arteriarum Fibrę re
diment, ex qua, ut (*a*) Bellini doctiſſimè exh
bet, mutabuntur contactus partium hęrentium
& Inflammationem conſtituentium, unde ſan
guis ipſis dimotis faciliùs præterfluet, eaſque
minùs in ſolidum nitentes abripere poterit.

Tu autèm hunc vindicatum Vaſorum elateri
obliviſceris, dum quæris aliquod *impellens, quod v
ſua urgeat, incitet, premat reſiſtentiam corporis im
mobilis &c.* (*pag.* 103. *ex D. Rotario ad verbum p.* 80.
Sed quemadmodum ſolis conſuetis, & totiès cõ
futatis cantionibus contrà rationem, & expe
rientiam pugnas, ità etiam ſolis quatuor confu
etis Hæmophobis, quos *celebriores moderno*

Pro-

a De ſang. miſſ. prop. 6.

rofeſſores nuncupas, univerſalem omnis ſæculi
ledicorum praxim proſternis. Excludendus ta-
èn ab ipſis Knoffelius eſt, qui non tantum ab
flammationibus Lanceolam non arcet, ſed de
atthęo Liebe Chirurgo ità locutus eſt : (*a*)
ceſſi, vidi morbum hunc eſſe Pleuriticum, ſed quia
it ſumma debilitate confectus, non poteram ſangui-
miſſionem accelerare.
(*pag.* 104.) Et equidem in huiusmodi morbis,
iod levamen à Phlebotomia ſperari nõ poteſt,
iſtra petitur ab alio medicamine, easque *ſali-*
volatilibus, urinoſis &c. hac neglecta impetere,
ferocem, & famelicum Leonem popyſmate,
palpo mulcere. Imò ſi Baglivum (*b*) conſulo,
inia ſymptomata ab horum præpropero uſu
ociora expectanda ſunt, quod etiàm nupèr
endit eruditiſſimus (*c*) Curtius; & idem Bagli-
s(*d*)alibi monet, in dolorificis internorum Vi-
rum Inflammationibus proptèr tenſas Mem-
inarum Fibras ſudoris, & aliorum liquidorum
retiones impedirj, quarè ſtultum eſt Diapho-
im vel expectare, vel moliri, niſi priùs laxata
debita remedia inflammatoria ſolidorum
ſpatura. Hac itaque per Venæ ſectionem mol-
a notabat Jungkē (*e*), ſudores optimè excitari,
equè plurimis Pleuriticis inciſo brachio viam
rnebat Hydroticorum efficaciæ, quorum ta-
n vires, cum expugnandó integrè malo non
ſuffi-

Apud Manget. Bibli. Medico-pract. l. 14. *b De Fibra motrice pag.* 34. *c Rifleſſioni &c. p.* 208. *& ſeqq. De Fibr. motr. ſpecim. l.* 1. *cap.* 8. *e In Prax. med. v. Pleuritis, & in Fundam. med. moder. parte* 4. *c.* 7.

ſufficerent, idemque recrudeſceret, iterata i
ſione omninò ſuccurrebat.
(*pag.* 105., *& ſeqq. ex. D. Rotario ad verbum pag.*
Ità olim Hippocrates jugulandis Inflam
tionibus nulla arma potentiora eſſe, quam L
ceolam prædicabat, & licet libellus de ſtruct
Hominis, quem *brevem*, *ſed graviſſimum* J
Culmanus (*a*) commendat, ſuſpectus tibi
ubi Phlebotomiam in Pleureſi celeritèr adm
ſtrandam imperat, non deſunt tamèn in pri
libro de morbis (*b*), & ſecundo de ratione vi
in acutis (*c*) indubia teſtimonia, quibus idem c
firmat. Imò poſſem collectis ex univerſo ta
Viri opere textibus ſignificare, in omnium
partium Inflammationibus juxtà ejus ment
convocari Phlebotomum, ſed ſufficere duxi
quæ in ipſo aureo libello de ratione victus ex
ta ſunt (*d*): *Maximè verò & Hepatis ardores*,
Splenis gravitates, & aliæ Inflammationes, & ſu
Septum tranſverſum dolores, & morborum collecti
ſolvi non poſſunt, ſi quis prius medicamentis purg
aggrediatur, nàm Venæ ſectio in his principalis
Bone Deus! Expectas ne adhuc Vir Ornatiſſi
clarius ab Hippocrate mandatum? An hoc e
Sacerdote? Oporteret itaquè hunc Homin
appellare non divinum Senem, ſed Janum
frontem, qui aliud diceret, aliud ageret
poſteritati huiuſmodi ſtricta præcepta indixiſ
ta men ipſe ab eorum executione defeciſſe arg
retur. Quare ſi in Libris Epidemiorum, ubi
piſſimè

a In argument. ad hunc Libellum.
b n. 44. *c n.* 52. *d n.* 36.

ſimè dumtaxat ingenium, vires, & progreſ-
m morbi deſcribit nulla de adhibitis remedijs
ta mentione, quemadmodum legenti patet,
ltis Phlegmone laborantibus brachium pu-
giſſe non legitur, ritè credendum eſt (quid-
id ex adverſo tu crepes) hoc remedij genus
tius uſurpatum fuiſſe, licèt non memoretur,
àm neglectum, velut inopportunum, ſuaſti
alenus, & Valleſius ſparſim in Commentarijs
ſtantur, niſi velimus cum juniore Riolano (*a*)
ſpicari populares illas hyſtorias ab Hippocrate
hùc Philiatro ſcriptis fuiſſe mandatas, ubi po-
icè remediorum ſeriem conticuit, ne quid in-
ventura ſæcula carperent.

Verùm, ſinè laudibus non præteream inſignẽ
um laborem, quo, evitatis diligentèr occurren-
ous ibi ſalutiferæ Phlebotomię caſibus, tragicos
oſdam ſelegiſti ſucceſſus, ubi admoto ægrorũ
rpori incaſsum Phlebotomo ferrea Libithinæ
anus reportavit triumphum. Attamen, ſi rea
orum mortis putanda eſt Lanceola, quia fato
n eripuit, potiori jure in pleriſque eorum cul-
ri debent pharmaca poſt ipſam deglutita, ni-
que infęlicibus Viris proficua. Sed velim, con-
eres ſtatutos eſſe humanæ vitæ terminos, quos
æterire nefas (neque enim *morimur*, ut ait Se-
ca, *quia ægrotamus, ſed quia vivimus*); et ipſum
gnum Hippocratem de Medico fateri, quod
i non poteſt, ut omnes homines ſanitati reſtituat. (*b*)
(*pag.* 109., *& ſeqq. ex D. Rotario pag.* 91.)
De cętero non renuo tibi concedere, quando-

a De ſang. circul. cap. 20. *b Præſagior. num.* 1.

que flatus veras Pleuritides tam aptè men
ut dignoſci non poſſint , & fateor Medic
qui (*a*)

Non exploratis occulti viribus hoſtis ,

medetur , in ægrorum perniciem perſæpe
ſpirare , teſtante etiam Magiſtro (*b*),quod *ſi*
tudines pariunt errores , & difficultates . Nihil
nùs huius timore erroris Phlebotomia ab I
mationibus proſcribenda non eſt,*vt remedi*
flatulenta Pleureſi adeò mortiferum , & lethale
pè enim tenſis à flatuum preſſione ſolidis P
botomia ſuccurrit ; atque ità Virum Hippo
driacum Aſthmate penè ſuffocatorio freque
correptum cum tenſione Ventris , & flatibu
murmurantibus reſtituebat (*c*) Baglivus
ſanguine ex brachio , à quo ſtatim omnia
ſymptomata ceſſabant ; inque Nephritico,ac
lico dolore à flatibus exorto(*d*) Leonhartus
tallus eam ſalutiferè celebrauit maximo co
dicentium Agyrtarum rubore ;, Ità Galenus
in flatuoſa vocata Melancholia ſanguinem
tit,vti etiam in Palpitatione (*f*),quæ omnis
tà ipſum à flatu originem trahit . Ipſe ipſe
pocrates in flatuoſo etiam Hydrope eam im
debat (*g*):*ſi verò difficulter ſpiraverit , & te*
vernum fuerit , & ætas viguerit , & virium robu
ſit,ſanguinem e brachio detrahere oportet ; Porr
ſemetipſum flatuoſa , de qua loquimur , Ple

ſi de-

a Lucan.Pharſal.lib.4. b Hippocrat. lib. 6. de
vulgar.ſect.7. c Prax med. lib.2. d De ſang.
cap.9. e Lib.3.de locis cap.7. f Lib.5.de loci
g De rat. vict. in acut. n. 62.

[illegible]

in quo casu morbo Jo: Vienay [illegible] qui de Plat
luculentissimus dicit tractatus Mars constitu
tus esse verus apertis tuteri secure de adstru
ctum sopia aut dolor [illegible] Florentes, quas venefy

[illegible] Tauriun [illegible] Rodulphus Camerarius [illegible]
M. Rulandus [illegible] Burchobenus montagnana

[illegible] de Plant. cap. 13. pag. 103.

[illegible] tom. 2. Enrique des Maladies aigues
hap. 48. 065. [illegible] stitor. Epidem. an. 1665
66. f. 200.
[illegible] cons. vj. cur. 93. pag. 119. et cons. 7 cur

detentum in bonam valetudinem vindicaret à
Phlebotomiæ replicatæ auxilio non discessit (*a*)
Riverius Experientissimus Professor, faustissimo
quidem consilio, & ad votum comprobato
(*pag.*112.*ex D.Rotario pag.*95.) Nequè in Pleu-
resi, cui maligna Febris copulatur, Lanceola
ideò fatalis est, ut venditas. Etenim Domi-
nus Pascoli (*b*) tam Florentiæ, quam Romæ plu-
ribus Pleuriticis Venam secuit, quamvis mali-
gnitatis notas spectaret, & saluti ipsorum fœli-
citèr contulit; Nèc desunt salutiferè administra-
tæ Phlebotomiæ in hisce morbis exempla apùd
(*c*) Morçum, (*d*) Grembs, (*e*) Sydenhamium, alios-
que; imò (f) Zaccutus malignam Pleuresim initio
mitissimè colluctantem, omissa Venæ sectione,
virus suum acerrimè exeruisse deflet, extremos-
que sudores à Medici curantis facie extorsisse,
cum spretum salutare præsidium non amplius
sustinere possent languidissimæ vires, & deman-
dandum Hirudinibus solis iam esset negocium.
Atqui dubio prorsus caret, has malignas Inflam-
mationes, si coagulanti veneno ortum debeant,
sanguinis diminutionem avidissimè expetere, sin
autem à dissoluente trahant natalia, non ità;
Sed ista nouerit practicus, & attentus Professor.
Itaquè, sicuti arcendæ à Phlegmonum The-
rapeia Phlebotomiæ concludo hos esse timores
de arundinis umbra; ità calida medicamina,
qualia tu proponis, verè pertimesco. Ista etenim

(*a*) *Cent.*3.*obs.*63. (*b*) *Osseruazioni Teoriche, e prattiche*
*anno*14. (*c*) *De Febre maligna tr.*1.*c.*6. (*d*) *Arboris in-*
egræ, & ruinosæ (*e*) *Sect.*5.*c.*3. (f) *In Pr.Adm.l.*1.

ignem igni addentia tumultus ſanguinis a
pliant, qui magis adhùc efferueſcens vlteriùs A
teriolarum, & Vaſculorum tunicas diſtendi
augendoque tumori in partium ſubſtantiam p
rumpit. Et equidem, quot ægri hac intem
ſtiua curatione iugulentur, humidis oculis n
rabit Heurnio teſte (*a*) antiquus Medicus R
ſes; ſicuti dolore lateris laborantem mulier
non alia ratione, quam calorificorum uſu om
bus in pejus ruentibus, tandem Peripneumo
defunctam lachrymatur Bruno Seidelius (*b*
Quarè nos meliori conſilio poſt laudatiſſima
Venæ ſectionem anodinis, atque emollientib
rem planè deferimus, inſignemquè liquidoru
feruorem aptis emulſionibus temperamus, q
unctuoſis ſuis partibus efferueſcentis ſangui
inſtabiles atomos parumper inuiſcant, imò ſ
ramoſis minimis animales ſpiritus blandè imp
cant, placidoque ſopori, coctionibus inducen
propitio vexatum hominem componunt.
(*pag.* 113. *& ſeqq. ex D. Rotario ad verbum pag.* 12
Quòd ſi calidas forbitiones ab Hippocrate i
peratas vides, nomen caliditatis, non ad facu
tatem, ſed ad Phantaſiam, & ſenſum refertu
ut animaduertit(*c*) Valleſius; & equidem in Ple
reſi, & Angina nihil, niſi actu calidum forbe
dum eſt, quia, ut ait ille, licet Ventriculo,
Hepati æſtuanti ſæpè occurſus frigidi potus co
veniat, tamèn Thoraci, & ſpiritus vijs infenſ
eſt

a Apud Bonet. in Mercur. Compitalitio V. Pleurit
b De morb. incurabilib.
c Comm. in lib. 4. *de rat. vict. in acut.*

ſt. Atqui ipſe Hippocrates teſtatur (a) *frigida pectori inimica*. Dùm verò calefactorijs fomentis entat à principio dolorem lenire, internæ re-frigerationi externa iſta calefactio conducit. Re-ſeratis enim Cutis porulis, & Fibrarum duritie, ſi fieri poteſt, parum mollita inſenſilem tranſpi-rationem procurat, qua ſubtilia effluvia indebi-ta captiuitate detenta, non ampliùs in ignem ntrinſecum inſufflent, adeoquè ipſe manſueſ-cat, & ferociæ partem deponat. Hoc alibi deſi-gnabat Senex, cùm moneret in Febribus quibuſ-dam extrinſecè calefacere (b), *quo caliditas aper-o corpore præ ſudore egrcdiatur*. Non admodum ta-men huic fidit remedio, neque multo tempore pſi incumbendum probat, veritus pro bonis fu-ura mala. En itaquè ejus verba: (c) *Quod ſi ad alefactoria dolor non ſoluatur, non multo tempore ca-efacere oportet, reſicat enim hoc Pulmonem, & ſup-urationem facit; At ſi quidem dolor ad Clauiculam e ſe ſignificationẽ prębeat, aut gravitas ad brachium, ut circà mammam, aut ſuprà ſeptum tranſverſum enam ſecare prodeſt, &c.*, ubi Ioh. Baptiſta Ver-na (d) adnotat magnum Senem aliquam ſpem in alefactorio fomento tùnc ſolum collocaſſe, quando ſpuria Inflammatio, & lateris potiùs do-or eſſet, quam vera Pleuritis. Nequè multum b ejus ſententia hunc aberrare credibile eſt, uia ità Hippocrates ſe explicuit: (e) *cæterum*

Aph.24.ſect.5. b Hippocr.de locis in Hom.n.38.
De rat. vict.in acut.n.12.
De Pleurit. parte 6.Pleuritico.1.
De rat.vict - in acut. n. 10.

Pleuritis, hoc eſt dolor lateris, ſive ab initio fiat, ſi poſtea, calefactorijs quidem primum non alienum tentare diſſolvere; imperans cum dolor veheme eſt, & diutiùs durat, atque veræ Inflammati nis ſuſpicio eſt, relictis fomentis Venæ ſectionẽ firmius in hac re præſidium amplecti. Deſere i terim Vir Ornatiſſime mimicam illam tuam a mirationem, quà nos calefactorios partib fotus admouere cernens, dum ſimul Phlebot miam, & refrigeratorias potiones, & pharma in uſum vertimus, contradictoriam medendi r tionem exequi putas. *Parùm* enim, tuo verb *capis; parum ſapis*. Siquidem interno igni mu cendo tàm famulantur fomenta calida, & al hujusmodi extrinſeca remedia diapneuſtiam ſo licitantia, quam frigidæ potentia, licet non ac ſorbitiones, & princeps medicaminum Phleb tomia.

(*pag.* 116. *ex D. Rotario ad verbum pag.* 126.)

Fateor tamen aliquando ſuffumigia calida a Hippocrate ad Anginam recenſeri, qualis eſt c curatio, quam a D. Rotario vernaculo ſermo mandatã minore incommodo hùc transfers; ſe tunc ſolum attenuandi, & diſcutiendi gratia hę memorantur, cum à crudiore, viſcidoque liqu mine morbus trahit originem, ſi Petro Salio(a credendum eſt, cui tamen pace venerati Hipp cratis non admodum arrident, uti neque (*b* Sennerto, cum videantur acribus fumis exace bandæ phlogoſi, & patrandæ exulcerationi a

com-

a *In Comment. ad textum.* b *Tomo.* 3. *lib.* 2. *pra parte.* 1. *cap.* 24.

commoda. Universis autem Medicorum ordinibus acceptissimam talis Anginæ medicationem Præceptor tradidit, quando jussit (*a*) *Venæ sectionem à brachijs fieri, & Venas sub lingua secari*; ubi etiam adnotat (*b*) Mercurialis, quædam tantùm familiaria remediola præscripta, quia in sola Venæ sectione omnem edomandi morbi fiduciam practicus homo collocauerit. Et hæc quidem consideratio adamussim respondet Hippocrati ipsi, dicenti (*c*): *Anginam, & lippitudinem Venæ sectio solvit*; quam in leui etiam Angina, priùs sub Mamma celebratam denuo repetit (*d*): *& Venæ sub lingua secentur, sed & à Cubitis sanguis dimittatur, si vires validæ fuerint.*

Desine itaque fucatas declamationes ad probandum contra autopsiam calidorum usum in Inflammationibus effundere, & Phlebotomiæ exclusionem vanissimè inhians

(e) *Noli amabò verberare lapidem, ne perdas manum.*

a *Hippocr. de rat. vict. in acut. n.* 39.
b *In Comm. ad textum.*
c *Lib.* 2. *de morb. popul. sect.* 6.
d *Lib.* 3. *de morb. n.* 11.
e *Plautus in Curcul.*

CAPUT VII.

Cenſura rationum Viri Cl. quibus ſuadet

Phlebotomiam in Febribus nedum inutilem ſed damnoſam.

(*p.*119.120.,121.*ex D.Rotario ad uerbũ ferè.p.*129:

MOdò quædam habes de Febribus; atque eadem partim D. Rotario, partim Mariano Chiarianæ erepta; ſiquidem hunc etiam campum aliena Vitula aras Homo Suaviſſime. Ut itaquè refellendę longiuſculo Commentario Phlebotomiæ viam ſternas, bellam opinionem præmittis, Febrem *remedium* veriùs eſſe, *quam morbum, ſiquidem mediante Febre auferuntur cauſæ, quibus homo ægrotat*. Quale tamèn præclarum, & amabile præſidium ſit, tibi dicet Dolæus(*a*),qui ex internecina ejus ſæuitie tertiam fere mortalium partem decedere ſupputat, tuusque ille anteſignanus (*b*) Helmontius, cujus eſt hoc elogium *Febris licet familiariſſima potiſſimum tamèn noſtr. ſaginat Cęmeteria,& Caſtra depopulatur*; vixqu morbus aliquis quidquam contra Hominis vi tam molitur, cui ipſa feralem manum non mi ſcat, vnde Hippocrates (*c*): *à communiſſimo morb*

Fe-

a Encyclop. med. lib. 4. cap. 1. b de Febrib. n. 1.
c De Flatib. n. 7.

Febrili initium ſumam , & qui omnium morborum comes eſt . Quod ſi Convulſionem, ac quædam ſimilia valetudinis genera quandoque ſuſtulit, ut ab ipſo Sene , alijsque ſcriptum eſt , non minùs ex Practicorum obſervatione Hæmoptoes , Pleuritides , Icteri , Vulnera , alieque ægritudines veteribus , & inſanabilibus malis fuere interdum proficuæ . Atqui ex ejusdem Hippocratis effato (*a*) : *alij morbi ad alios benè , malevè ſe habent* . Exulet itaquè morbi nomen universìm : Sed cujus palato arriſerint hęc præſidia periculoſæ aleæ plena ? Amplo etenim mortis fœnore pro uno ſervato ægro mille victimæ ab hoc infœlici remedij genere mactantur , & Libithina, ut plurimum Carnificem mutat , non aufert ; imò ſępè duplicat . Nam Febres, aut priorem morbum frequentiùs augent ,

——— *Semotiquè prius tarda neceſſitas*
Lethi corripit gradum ,

aut ità pellunt , ut ipſæ ereptam illius manibus agant tragediam, & non rarò ijs parentatum eſt, quos à prima quidem affectione expeditos ſua demum violentia confecere . *Cum enim corpori à præſenti morbo debilitato* (ait Senex (*c*)) *alius morbus acceſſerit, præ imbecillitate perit, priuſquam morbus, qui poſterior acceſſit, deſinat* . Non ergò quia aliquis , quem amaverint teneriùs Superi hoc tore ſęliciter uſus ſit, & benignioribus fatis primi æquè , ac ſecundi morbi rabiem evaſerit, glorioſa remedij nuncupatio Febri inſcribenda eſt .

Etenim

a Aph. 3. ſect. 3. ex verſione Valleſij. b Horat. Carm. lib. 1. ode. 3. c Hippocr. de Affect. n. 23.

Etenim Alexipharmaci titulos ſibi jugitèr nc
genuit Venenum, quod alterius Veneni vir
interdum contriverit, neque inter bona locu
ſibi poſtulat Ebrietas, quæ erexerit aliquanc
utilitèr animos, aùt Inſania, quæ viribus a
gendis furore conduxerit. *Abominandum remec*
genus eſt, ait Seneca(*a*), *ſanitatem debere morb*

Dùm hæc meditor, Menſe Auguſto hujus a
ni 1719., rumor meis auribus occurſat, te Viru
optimum, & nunquàm meritum mori levi Te
tiana correptum Lectulo inhærere, dumquè m
cum voluto, an hæc Febris tibi ſapiat remediur
dexterrimum Practicum, & Phlebotomiæ pe
quàm-amicum curationi convocatum audio,
quo medica conſueta præſidia omiſſa Venæ ſ
ctione(nequè enim morbi levitas valdè poſceba
celeritèr adhibentur. Heùs, inquam, ubi v
periculi umbra eſt, longe abeunt lepiduſcu
Theoriæ, & fotæ per ſanitatem mentis laſcivi

(*pag.*122.*ex D. Rotario pag.* 131.)Si tamèn cu
Clariſs. Sydenhamio (*b*) velimus vocare omn
morbos *Naturæ conamina materiæ morbificæ exte*
minationem in ægri ſubſidium omni ope molientis
poterimus eadem ratione tecum ſentire *Febre*
dici poſſe Naturæ artificium ad noxia expellend
Qua propter cum videamus hoc artificium a
ipſius Naturę votum ſæpè contingere, ideſt n
ſtram machinam ab improportionatis corpuſc
lis ſe liberare, & priſtinas reſarcire regulas, cu
ſalutariter per Hæmorrhagias ſanguis diminu
tur, quonam potiori præſidio ipſam adiuvanc

eſſe

a Lib. 1. *de Ira*. *b Sect.* 1. *cap.* 1.

ſe putabimus, quam Venæ ſectione ſimilem
ationabiliter exitũ expeditura? Nam mæcaſtor,
um per Phlebotomiã progreſſivus sãguinis mo-
us intenditur, & vitioſus ad latera cohibetur,
on ſecus ac per naturales Hæmorhagias Fibræ
reſſione remiſſa reſpirant, flabellatur æſtus, ob-
ructiones Febrium fomites impediuntur, &
ravum fermentum partim cum emiſſo ſangui-
e egreditur, partim a reſtituta animali Œcono-
ia ſubigitur, & per interna, & cutanea oſtiola
roturbatur. Vides profecto in tua etiam Theo-
a neceſſariam ſanguinis emiſſionem.
(*pag.* 123. *ex D. Rotario ad verbum pag.* 132.)
Inane itaquè eſto quidquid cõtra evidẽtiſſimã
anc vtilitatem ſomniant quotquot ad Eraſiſtra-
aras ſacra faciunt. Tu verò qui Purgantibus
randarũ Febrium ſpartam toto capite defers,
ir panicum exſolvẽdarum virium timorem ad-
erſus Phlebotomiam obtrudis? Quippè cum vi
imuli in ſanguinem agant Cathartica, ejus tex-
uram acri ſuo ſale dilaniant, & ſpiritus fermè
xprimunt, ùt Bellino (*a*), & Kurſnero (*b*) te-
ibus compertum eſt, quod omni dubitationis
nſa evacuata proteſtatur etiam D. Tozzius in-
r tuos Patronos illuſtriſſimus (*c*); adeò ut ipſe-
et Proſper Martianus (*d*), licet Lanceolam à
ebribus vano ductus præjudicio excludat, non
ubuerit prò veritate ità confiteri: *in Venæ ſe-
ione vires minus confringi ſolent, quam in purgatione.*

Quod

a De ſang. miſs. prop. 9. *b De purgant. à Foro med. proſcriptione. b Com. in Aph.* 24. *ſect.* 1. *c Com. in Hippocr. de rat. vict. in acut. ſect.* 4. *verſic.* 26.

Quod ſi à miſſo ſanguine ferocior aliquan
redijt Paroxiſmus, aut nimis parcam, aùt inc
portunè celebratam ſectionem conſecutus e
aut momentaneus plerunquè fuit ille impetu
diceres poſtrema victi morbi tentamina,
improbi fermenti reliquias acriùs à vindica
ſpiritibus profligatas. Si tamen pertinacia æg
tudinis remedijs cedere neſcia, palmamque
fectans novas tragędias quãdoquè excitarit, tù
eaſdem præſidio toties ſalutari tribuere, non
ribus morbi, eſt cenſuram amplecti ab Hippoc
te indocto quorundam hominum generi inuſ
qui (a) *quæcumque neceſſitatem habent, ut fiant*
morbis, ac vulneribus mala ſuprà mala, ea ubi fiu
in Medicum culpam reijciunt, & neceſſitatem talia f
ri cogentem non agnoſcunt.

(*pag.* 124. *ex D. Rotario ad verbum pag.* 133.)

Cœterum licet nulla conſtet expreſsa menti
quod Phlebotomiæ magnus Senex in Febrib
ſitaverit (taceo graviſſimas Veterum ration
adminiſtratam ab ipſo probabilitèr fuiſſe, lic
memoriæ non prodiderit) quarè adhùc commiſ
noſtræ curæ ægrorum vita tanto, talique pra
ſidio erit fraudanda, quod præconem habet e
perientiam, quodque ab Hippocrate non uſit
tum quidem legitur, ſed neque interdictum
Oh ſi è ſolo Senis Codice deſumi medicamina l
ceret, quæ in uſum vertenda ſint, eheu quot ſa
lutifera remedia ingloria tempus ederet; & ſæp
arduiſſimo malo neſcio, an ſolus clyſter ſuffic
ret.

Neque

a *Lib.* 1. *de Morb. n.* 16.

Lyc lib. 2. obser. cap. 1. n. 3. et
Levy mouia medica cap. 16 et
ab. ubi dat. sanguis in Febre
synocho actuus mitty modus sic
ac plane regulat. Ex hoc regat nostra
quid dicamus, nam prima observa-
tio sit sanguinis emissionis semina-
rium sanitas plene principium
ut dixit. et obs. 3. ab. 4. et 5.
ab 6. et. 10. à Febribus aucy, pleuri-
tide, peripneumonicy, angina, et quo
in sanitate vindicare.

Neque hallucinetur aliquis putans cautum eſ-
ipſius decreto, omittendam in Febribus Phle-
otomiam, eò quòd in Convulſione digitorum
anus, atque in repẽtina Aphonia eandẽ ſuadeat
Febris ſint expertes. Cum enim hiſce morbis
bigendis aliqua vice Febris contulerit, ut ſuprà
onceſſum eſt, quandò benigno fato erexerit
aput, hinc ſi ipſa deſit, quæ aliquam, licet
ubiam remedij ſpem alat, tutiſſimo Phlebotomiæ adminiculo commendandam procùl dubio
em conſulit; ità ut concludant Interpretes(a),
ic non doceri nunquam pungendam eſſe in huſmodi Affectionibus Venam, ſi Febris abſit,
àm ſæpè Lanceola nihilominùs opus eſt, ſed
aximè neceſſariam fore Phlebotomiam, ſi Feris non adſit.

Quod autem attinet ad eam ſententiolam: (b) *Capitis os confractum ſit, lac, & vinum admixta quæ pari menſura bibenda dato; ſi verò ulcus fuerit, ternas Venas ſecato, ſi non febricitet; ſi deſipiat, put irrigato &c.*, licet ingeniosè Valleſius (c) terpretetur, internarum tantummodò Venam ſectionem ab Hippocrate reyci, ſi Febris cũ ephalico ulcere coniuncta ſit, ſed externas ex cito ejus conſilio ſecandas eſſe, cui explicatio- confert etiam veteris ſæculi religio Venarum lectum ſtudiosè captantis; Ego tamèn non vimotus animadverſione irrepſiſſe in magni Viri lumen, neſcio qua ſorte, putare volo, cum viatur tanto Sene indigna. Et ſanè in librum ſecun-

(a) *F. Valleſius in lib. 2. Epid. ſect. 5. tex. 14., & 31.*
(b) *Lib. de morb. popul. ſect. 5.* (c) *In Com. ad textum.*

cundum Epidemiorum, ubi exarata eſt, ali
quæ nullatenus ſunt Hippocratis, illapſa
à Galeno audivimus: *quidem*, ait iſte (*a*), *in lib*
ſecundum, & ſextum de morbis vulgaribus inter
ſunt quędam, ut etiam ad finem Aphoriſmor
cæterа omnia libri ſecundi, & ſexti vulgarium
borum ſunt Hippocratis. Quod autèm intèr ſp
illa, & notha fragmenta præſens textus recip
dus ſit, vel ab hoc fermè conſtat, quod Uin
in Capitis ulcere, ubi Inflammatio metuitur
cedat; atqui alibi dixerat Senex, cum de ac
morbis loqueretur: *ubi tamèn in his morbis ſuſp*
tus fueris aut Capitis grævitatem vehementem,
mentis perculſionem, penitùs à Vino abſtinendum
Atque etiam lactis potus hic permittitur, de
alio loco talia ſcripta ſunt (*c*): *lac dare Capu*
lentibus malum. Cùm itaquè Homo experien
ſſimus Vini, & lactis vſum in Capitis affectio
bus tantoperè formidet, quomodò in gravi
ejuſdem Capitis fractura non ſolum ipſa non
tat, ſed luculentèr imperat? Inſupèr Capitis
rigationem non obſtante ipſius ulcere hic p
cipi video, quod adverſiſſimum planè eſt ſev
Hippocratis ſententiolæ: (*d*) *ulcus in Capite n*
humore humectare convenit, quoà monitum à
licibus, & doctis Chirurgis attentè obſervari
ſtatur noſter glorioſæ memoriæ (*e*) Ioh. Paſſer
Ne ergo ſe torqueant Interpretes in hoc Æn
mate enodando. Non eſt Hippocratis hęc fal

cia,

(*pag.* 207.) Hoc autem Naturę nomine adeo vulgari ſermone exculto non accipio tutelare illud occultum Numen, noſtro bono ſacratum quod tu longa cantione deprędicas, nequè conſiderо ſingulis in partibus, ut tu proponis, ſcilicèt Manu, digito, pede, &c. quoſdam hoſpites Geniolos conſervatorio appetitu donatos; quæ Peripateticorũ ſomnia lectiſſimo tractatu explodit illuſtriſſimum illud Angliæ ornamentum(*b*) Robertus Boyle; & ut maxima ad inveniendam veritatem prędjudicia, & ignorãtię velamina cõſiderat(*c*) Malebrãchjs. Sed nihil aliud me amplecti fateo, ſub hac larva, quam omnium mechanicarum affectionum, ſcilicet motus, figurę, magnitudinis, ſitus, &c. partium tàm ſenſibilium, quàm inſenſibilium complexũ ſeù eſſentialem modificationem, earumque vel omnium ad magnum Mundi ſyſtema pertinentium, quę eſt univerſalis Natura, vel privatę Individui conſtitutioni ſpectantium, quę eſt particularis; adeoquè quidquid quotidiè in morbis ſalutare contingere videmus mechanica neceſſitate ſequitur, non impellente interno occulto Iove, omnesque criticas vacuationes, tàm illas ſanguineas, quas nuper recenſuimus, quàm cuiuscumque generis alias, quę paſſim in facienda praxi obvię veniunt, non alia ratione

a Hipp. l. de Arte n. 21. *b In Tract. de ipſa Natura*
c Rech. de la ver. l. 3. *ch.* 8., *& Eclair. ſur ce chap.*

ione edi credimus, quàm quia humanum Auto-
maton, tùm proptèr admirabiles ſuæ fabricæ re-
gulas, tùm mechanicè auxiliantibus quibuſdam,
ntèr quæ collocamur corporibus, rectum ordinẽ
quo deſciverat, ſemotis obſtaculis, reſtaurare
ontendit. Hiſce ergò conatibus naturalium mo-
uũ aſſidui exploratores, ac interpretes favemus
Artis noſtræ præſidijs, & ſicuti ex.g. ſpontaneæ
urgationes ansã dedere inveniẽdis fœlici omine
Catharticis; ità inuiſſæ Hęmorrhagiæ ſanguineã
liminutionem per Lanceolam indicarunt, tanto
ominum bono receptam. Quantùm autem à
eritate abſit, quod tu vulgas, odioſam eſſe Na-
urę hanc vacuationem, vel ex hoc clarè cogno-
eris, quòd ijs, quibus frequentius cum Ægritu-
inibus commercium implorare hanc opem fa-
iliaritèr ſuaſit, neceſſarium ſæpe fuit quotan-
is, verno præſertim tempore, eandem repetere,
t Œconomia corporea ſuas labes hac conſueta
ia emẽdaret; quibus neglectis Naturæ mandatis,
ępè etiam titillatione in Vena pungi ſolita ſe
anifeſtantibus, terribiles morborũ inſultus ino-
edientię pęnam exegere; ut collectis à Trinca-
ellę, Gabelco Weri, Bartholini, aliorumque Pra-
icorum obſervatione exemplis oſtendit pręcla-
ſſimus (*a*) Etmullerus.

Miſſis itàquè ulterioribus de patentiſſima re
iſputationibus, hæc procùl dubio probabit, qui
nat ſeverioris praxeos criteria,

(*b*) *Non ſibi verborum poſſe placere dolos.*

CA-

a Tom. 1. *Claſſe* 1. *cap.* 1. *ſect.* 1. *b Ex Epig. anti-*
quo Antipatri Latinè facto à Dan. Heinſio.

CAPUT XI.

Palàm ſit, quanta veritatis iniuria Vir. Cl. buccinet,

Phlebotomiam à Profeſſoribus reiectam, & à Regionibus eliminatam.

(*pag.* 212.)

AMpulloſum certè tituli proſpectum huic Capiti prefigis Vir ſtudioſiſſime, Phlebotomiam eſſe paſſim reiectam, & eliminatam, ſed eidem male reſpondet cõtentorum ſeries, ità ut me vocari ſentiens ad defenda tua argumenta hìc congeſta, cum videam hanc magnam perſonam paucis tantummodo Profeſſoribus à te impoſitam contra infinitum Illuſtriorum exercitum, uſurpare accommodè poſſim Plautinum illud (*a*):

Nudo detrahere veſtimenta me jubes.

Quid ergò auctoritatis in Lanceolę damnũ proferent à tenebris antiquitatis eruti Chriſippus Cnidius, Medius, Ariſtogenes, Stratus, Aomantes? ſiquidem miſeræ rationes, quibus ſe illius adverſarios conſtituebant, ſatis eorum opinioni fidem adimunt, vaniſſimumque colorem revelant. Non enim (ut refert(*b*) Galenus) ipſorum manum ab hoc præſidio alius timor arcebat, quã credere difficillimam Arteriæ à Vena notionem, putare incompeſcibilem ſanguinis exinde fluxũ, ne-

a Plautus in Aſinaria. b De Venę ſect. adv. Eraſ. c. 2.

quis nunquàm non vera sectiones a Foro medico exclusas volu
sed vanis solummodo observationibus adstrictas
ut videre est in libello cui de Phlebotomi
Tractatulo (a) ubi in pluribus morbis ea Curi
-ciei quæ hippocrates usus est cum verbis utar
quorum ibi extat locus verba
camdem ebriis solutis reperta
collaudat.

Ipsum quoque etiam in pestis quidquid alexica
-tiam Phlebotomatorem collaudat
vim contra sententiam approbat eo
suadet ut lege potest a pag. 330. usq
ad 337.

(a) Operum t. i. de phleb. tract. 4, cap. pag. 326, a
segnent.

ſcire educendi cruoris menſuram, ſimileſque
ptię ab ipſis Hęmophobis, ac Luca Portio(a)
natiſſimo inter ipſos Scriptore exſibilatę. Quid
eiudicij inyciet Eraſiſtratus, quem licet non
nſtet Lanceola uſum, tamen idem Cl. Portius
ntendit, *nunquàm, & concludenter oſtendi poſſe in*
ritudinibus ſanguinis miſſionem damnaſſe? (p. 214.)
ır denique velut ad nos ſuffocãdos tumultua-
agmine educis Paracelſum, Severinum,
heunemanum, Crollium, Hartmanum, Quer-
anum, Fabrum, Poterium, Petręum, Cruſiũ,
rgerum, Sala, Helmontium, Cornelium, Leõ-
rtum à Capua, Tozzi, Portium, la Scala, Knof-
lium, Muys, Bontechoe? Etenim fermè omnes
Phlebotomiæ utilitatem propria praxi con-
ſi ſunt, ut cõſtat relictis ad nos teſtimonijs. Ità
Petreæo, (d) & Dolæo teſtibus pluribus Pleu-
icis ſubuenit *Paracelſus* pulſata inferiore Cu-
i Vena; Ità *Iohannem Hartmanum* huius reme-
amicum accuſat *Praxis* eiuſdem *Chimiatrica*,
Apoplexiam, Oculorum Inflammationem,
oris obſtructionem, ſuppreſſos Menſes, ſimi-
que morbos Lanceola petit. Ità *Quercetanus*
Tetrade Morborum Capitis eidem ſubſcribit, uti
ere eſt cap. 22., & 23., & Scroderus, qui Artem
ogmatico-Hermeticam ex ejuſdem Scriptis
geſſit, paſſim in morbis iuxtà illius mentem
lebotomum convocat, ut patet pulchrum
us evoluenti, præcipuèque tomum tertium.
ud *Crollium* non conſtat Phlebotomię reie-
ctio;

e ſang. miſſ. Dialogo. 1. pag. 1. b Ibidem pag. 7.
Noſol. Har. p. 1. diſſert. 14. d Encycl. med. l. 2. c. 3.

ctio ; imò in erudito ſuo libro *de rerum ſignatur*
à Naturæ ingenio indicatam eſſe commemora
famato Hippopotami , & Equorum Hungaric
rum Exemplo . Ità qui legerit *Chirurgiam Fab*
Spagyricam, non omiſſam ibi inter præſidia Lan
ceolam viſet ſparſim , & præſertim de Phlegmo
ne. *Poterij* Curationes luſtranti plures offeruntu
ægri à ſanguinis miſſione ad meliorem Hygeian
vocati, quorum ſpecimen habebis in prima Cen
turia Curatione 35. , & 36. , & 49. , & 70. 71. 85
& paſſim in alijs etiam Centurijs . Ità huic aux
lio plauſiſſe *Petræum* quis neſcit , cui *Noſologi*
eiuſdem *Harmonica* occurrerit , ubi Phrenitidẽ
Spaſmum, Hæmorrhagiam, Anginam, omneſqu
Inflammatorias Affectiones Phlebotomatore in
digere judicat . Hunc etiam à *Knoffelio* ad qua
rundam ægritudinum remedium accerſiri recẽ
ſet Mangetus lib. 3. Bibliothecæ Medico-pract
cæ, & lib. 14. Nequè diſſidet à Venæ ſectione *S*
verinus, qui etiam, (*a*) Bartholino referẽte, exter
næ Iugularis ramum in Capite pungit egregi
ſucceſſu in Cephalalgijs, Raucedine, Spiritus di
ficultate , Pleuritide, Lienis dolore, Impetigine
Angina , quodque proprijs oculis Relator ipſ
ſpectavit , in Faciei Varicibus . Non deſpicit ips
Ioh. Muys , non reprobat , ut cernere eſt in eju
dem Chirurgicis obſervationibus , maximequ
obſ. 4. Decad. 2. , ubi eandem à ſe pluriès exer
citam teſtatũ facit, aliquaſque circa eius usũ uti
les ſubnectit animadverſiones. Annõ ingenioſ
ſimus *Portius* Lanceolæ aſſentitur in Plethora

aut

(*a*) *Libello de Venis* .

ıt ſanguinis nimia rareſcentia,(a)*vel ut diſruptio aſorum præcaueatur, vel ut effluxus in ſinus inter- s minor fiat?* Ipſe ipſe Cl. *Tozzi* nonne in lucu- rationibus elimatiſſimis ad quoſdam Hippocra- s Aphoriſmos editis, ubi Phlebotomia commẽ- ıbatur, utilitatem ab ipſa proventuram confi- ri non eſt dedignatus? Ità, niſi inane eſſet ulte- ore me tędio conficere, pergerem exhibere reli- ıos etiam de allegatis pauculos Medicos non leo immortales geſſiſſe cum Lanceola inimici- ıs, ut illius uſum quandoque non probaverint, accerſiverint. Quid autèm quęſo hæc Muſca ntra Elephantem? Si etiam ad Aras hoſtes ſius eſſent, quas adhuc vires apud homines ha- re poſſent, qui conſiderent omnis ſęculi Pro- ſores Phlebotomię votum ſuum cõtuliſſe prę- iſtos? (*pag.*214., 215.) Sed quid regeram ad ıceram illam confeſſionem damnorum Venæ ctionem excipientium, quam tibi oretenus prę- tere integerrimus Medicus, & verſatiſſimus ıirurgus, quorum honoris gratia retices no- en? Satis eſt, ſi criſpem aliquando naſum, & noro reſpondeam cachinno.

(*pag.*216.) Regiones autem illę, quę Phlebото- ıam eliminarunt, quales ſunt Vir Præclariſsi- è, quales? Abaſsini, Sinenſes, & Iapponenſes? ırbaræ nempè Gentes, & miſerrimę praxeos ıltores. Quid enim frequentiùs apud *Abaſſinos*, am repetitis Cauterijs Febres, aliosque mor- s ſolemnitèr peti, ut elegantiſsimus ~~ſuarum~~ rum Hyſtoricus (*b*) P. Nicolaus Godignus fidem

*De sãg.miſſ.dial.*4. & *al.* *b de Abaſſin. reb.l*

fidem facit; quam curandi formulam, qua hila
tate colant Noſtrates? Interim annon etiam il
paulatina ſanguinis diminutio eſt, & ab (*a*) He
montio alijs Cruoris detractionibus accenſita
Sed non deſunt Æthiopicarum rerum Script
res, qui affirment Abaſſinis quoque ſecari Vena
imò valde frequens apud ipſos eſſe præſidiũ oc
lis proprijs luſtravit (*b*) Alvarez, qui etiam ric
culum incidendi Vaſis modum noſtris exhib
cachinnis. *Sinenſibus* quis aurem præbeat, quoru
nemo fermè, Trigautio (*c*) teſte, *Medicinæ dat op*
ram, niſi quem vel rei familiaris, vel ingenij tenuitas
ſublimioribus diſciplinis deterruerit, undè ſit, ut v
ullo ſint in pretio; quorum medendi modulos inſu
ſiſsimos nupèr novit, & cachinnis excepit (*d*) G
mellus Carrerius? Aſt Tunchinenſes, ipſius
narum Regni pars, ut notat (*e*) P. Martiniu
uſque ad annum 1428. unico Imperatori ſubd
ſanguinem mittere in uſu habent, teſtante ocu
rem experientiam (*f*) P. Ioh. Philippo Marin
Cui demùm ſapiat *Iapponenſium* methodus,
quorum fatua Medicina ità nitidiſſimus noſt
Maffeius: (*g*) *iàm in curationibus nos dulcia, & be*
cocta, illi ſalſa, & acria, & cruda ægrotis app
nunt; nos pullos, & altilia, illi piſces, & conchil
pharmacis nos fermè olidis, & amaris, illi perque
ſuavibus, & odoratis utuntur, adeoque paulò inf
clarus Auctor concludit: *moribus certè Orbi noſ*
planè

a Tr. de Cauterio n. 9. *b Apud Ramuſium t.* 1.
c De Regno Chinæ f. 70. *d Giro del Mõdo t.* 4. *l.* 2. *c*
e In Atl. Sinenſ. t. 10. *Atlãt. Bleu f.* 25. *f Relazion*
del Tunchino lib. 1. *cap.* 13. *g Hyſt. Indiar. l.* 12.

1 et Daniel Cerebius [c]

Vander Linden

[c] Histoire de la Med. par. 2 liure 4. chap. 4 pag. 517 et part. liure 2 chap. 2 pag. 244.

inè oppoſiti videntur eſſe. Iſti ergo conſuetudinẽ
liqui Orbis damnari facient? iſti jura dabunt?
i tituli tui faſtum implebunt, *Phlebotomiam*
e à Regionibus eliminatam? (pag. 216., *&* 217.)
erùm quid refellendæ Lanceolæ conducit, Vir
gregie, Barbaros ſine Medicina ad Hippocra-
uſque tempora vitam peregiſſe voluptatum
no turpem & olentem, aut quid Romanis ſex
ulorum curſum abſque Medicis effluxiſſe? Il-
l quidem incredibile mihi eſt, quomodo à Pli-
o exſcripſerit hęc Cornelius Celſus, ſi Natura-
Hyſtorici obitum juxta aliquot Cronologos
tegro ſeculo, juxta(*a*) Ricciolium ſaltèm dimi-
o ſua morte pręceſſit, quique, ut obſervat (*b*)
oreri, ſub Tiberij Regimine non inglorias
s trahebat, dum Plinio ad Veſpaſiani uſque
npora vitam illuſtrem diſtulerant Superi. Un-
confixiſti eiuſdem illam ad Lectorem Epiſto-
n, quam non reperi in quotquot viſi Exem-
ribus,& deeſt pulcherrimæ Lugduni Batavo-
n Editioni, quæ ornat Muſeolum meum, ac-
ata doctiſsimi Wanderlinden caſtigatione
itiſsimæ? Si incidant unquàm tuę manus in
nianum Codicem, videas, quot locis ipſe Cel-
oſtri meminerit,& ut farciendę ſuę Hyſtoriæ
teriem ex ijs etiam Scriptoribus cõgreget, qui
n eundem Celſum tranſcripſerant. Ità l. 14. c. 2.
Vitium generibus verba faciens hæc habet:
ecinus, qui alioquin Cornelium Celſum tranſcripſit,
itratur non naturam eius repugnare Italiæ, ſed cul-
turam

'. 3. Cronol. refor. lit. C. f. 216. *& l. P. f.* 273.
rand Dictionaire Hiſt. t. 2. *l. C. & t.* 4. *l. P.*

turam. Quomodo ergò collegerit à Plinio Cornelius Celsus? Quæ fides erit Homini, Auctor nomen tam lepidè traducenti, & Anacronismo tanta libertate nectenti? Saltem verum esset quod Plinius cęteris suis fabulis inserendum voluit, sexcentos annos absque Medicis transactos esse à Quiritibus. Nam trecentis ab Urbe condita annis expletis octuagesimæ secundæ Olympiadis initio extitisse Medicos Romæ, non ampliùs sufficientes auxilio ægrotantium dirissima lue grassante, Dionysius Halicarnassensis (a) notę famę Hystoricus testis est, & alijs etiam clarissimis coniecturis Plinij mędacium arguit Stephanus Piccoli (b) Veronensis Professor famigeratus nupèr edito Apologetico libello.

(*pag.*217.) Viget ergo, & viguit ab antiquissimis usque temporibus toto fermè Orbe prædicta Phlebotomia, cui Satyrica tua rabies insultat confert perennem criminum abusum, quippè vox pœnitentia, & non aspernabilis

—— (c) *ultio, quod se*
Iudice nemo nocens absoluitur ——,

ac *pede pœna claudo* (d) semper est peccantem hominem consectata; phlebotomantem vero pia grates agentium vota de redempta sanitate & animus lętis successibus exhilaratus perpetuo excepere.

(*pag.* 218. *ex D. Chiariana ad verbum pag.* 30.)

Dexteriore autem Hercule Chiarianæ pagin indiscretam manum abstinere poteras Vir Lectissime,

a *Antiq. Roman. l.* 10. b *Il mondo disingannato &* *disc.* 1. *p.* 15. c *Iuv. sat.* 13. d *Hor. Carm. l.* 3. *ode.*

Ioannes Caspar Bravo Jo, ab

ctiſsimè, neque abſurdiſsima mendacia Romana Civitate donare. Enimvero *Hippocratem ab omni Febre Phlebotomiam excluſiſſe*, iam olim oſtẽdi falſum. Falſiſſimum verò nùnc dico, Dioclẽ patria Caryſtium, (ut ſcribunt Plinius (*a*), & (*b*) Galenus, non enim alius à Diocle Profeſſor eſt) Praxagoram, Herophilum (Calcedonenſibus terris ſatum eodem Galeno (*c*) teſte, unde Calcedonius alterius Medici non eſt nomen) & Aſclepiadem non fuiſse eandem executos. Siquidem audi quæſo integerrimum Senem Pergamenum: (*d*) *Inter dogmaticos Dioclem, ac Pliſtonicum, Dieuchemque, ac Praxagoram, una cum Philotimo, atque Herophilo, & Aſclepiade Venæ ſectione uſos fuiſſe compertum habeo*, idemque Galenus, poſtquàm narraverit, quo furore poſtremus iſte Veterum, ipſiusque Hippocratis dogmata lacerarit (hèm qualis fuerit *famoſus Hippocraticus Profeſſor*) exclamat: *atqui neque hic eo impudentiæ venerat, ut Venæ ſectionem è Medicinalium auxiliorum numero explodere auderet*. Nõ ergo ſoli Galeno poſt Hippocratis ſæculum placuit Phlebotomia, cuiùs etiam pœnitentia ductum fuiſſe gratis aſſeveras patentiſſima calumnia alibi ſubſannanda; neque primum ejus Diſcipuli totũ Orbem ſalutari hoc uſu ſparſerunt, ſed eundem vetuſtiſſima, & ad ſua uſque tempora non interrupta inculpata praxi comprobatum ſuſcepere, & melioribus ſemper auibus excoluere. (*pag.* 218.) Eidem autem velut Canis ad Lunam adlatravit in caſſum excelſus

P ille

a Hyſt. nat. l. 16. *c.* 2. *b Introduct. c.* 4. *c Ibidem.*
d De Venæ ſect. adverſ. Eraſiſt. cap. 5.

ille Teophraſtus Paracelſus, quem veriùs dixiſſ
ſordidiſſimum Phagonem, Caco-Dęmonis Cre
turam, & Tenebrionem bonarum artium ignarı
ut turpiſſimam ejus vitam luſtrantes (a) Eraſtu
(b) Deſſenius, (c) Sennertus, (d) Poſſevinus, ali
que atteſtantur. Aſt præterquamquod aliquand
in morbis ſanandis Venæ ſectionis utilitatem &
ipſe experientia ſua confeſſus eſt, profectò inau
ditam illam praxim ſuprà noſtram non adeo lat
extulit, quippe Monavio (e), & Zuingero (f) teſti
bus, quotquot Baſileæ à magno aliquo morb
Vulcaneis ſuis remedijs liberavit, omnes intr
annum interiere, ut ut ſe firmiſſimæ ſanitati pu
tarent conciliatos; undè loca ulla Carnificem
plus anno non ſuſtinuere, ſed aut ejectum, au
fugientem diris proſecuta ſunt, confitente etiâ
(g) Oporino, intrepido illo & ſuorum itinerum
ſocio, & ſuorum Scriptorum Amanvenſe. Neque
feliciùs ſe exercuit Helmontij odium contra
Phlebotomiam, magni inquis Helmontij, & non
potiùs deliri Hominis (ut notat Caſpar Bravus
(h)) Medicinam à Deo affatim acceptam glorian
tis, perque frequentiſſima cum Superis colloquia
exornatam, & iactantis animam, ut abſque nube
intelligeret, olim corporeo divinitùs ſolutam
nexu. Quandò enim etiam abditiſſimis illis arca
nis curationes abſque Phlebotomia feliciter pe
re-

a *Diſp. contra Paracel. p.* 1. b *In defenſione med. ve-*
ter. c. 56. *De conſenſ.,& diſſenſu Chimic. cum Gal*
d Biblioth. l. 14. *c.* 8. e *Apud Scolthzium Epiſ.* 194
f Apud Eraſt. diſp. contra Paracelſ. par. 4. *g ex loc ſ*
co in Vita Opor. h Reſ. med. p. 4. *diſ.* 1. *ſect.* 2. *reſ.* 2. *§.* 1

/Bravo pl Volfius /(p) ~~Lauden~~

ff Conradi Gesneri ff/ et nouissime

Daniel Serchij ff/ et Jo. Brendij ff/

atque obiter amicorum Lauadhij ff

(+)

+ mmonitione amica - figlie di Lebo

rosario. pag. 76

Volfius profert a discipulorum nostrorum

et declarata experimenta quod sonnus

medicos non deliramenta existimantes, ~~eos~~

et ~~maxime~~ alterij ille ij Magg. medicus ff/

Joh. Crato Scribit ad Joachimum Camerarium

Norimbergens. Obstetricem in certis Locis de

Gabrie colloquio ut quodam Latis Bonensi Lauren-

tio et ipsi mirifica ut ait somnia narra-

rit. et ipsum ipse metuens quod ait o mihi Phebi

cubique Lagena quantam hoc erat de Rhodo de

Nebate dixit eloquij.

Volfius. (Confult.). pag. 198

p/ Sennert Pract. cap. ff. lib. 2. pag 522. —

~~ff quod Lauden pag. 239~~

/ de Chirurg. scripsit. lib. I. pag. 402.

/ Essai du Prin pour la continuation de ff

Histoire de la med. pag 794 et seqq.

Histoire de la medec pag. 2. Jos. a Sudhoff adn.

regiſſet, ut continuò thraſonicè ſibi plaudit, quia tamen nemo ex ipſis quoque intimioribus ejus Confabulonibus illorum hęres fuit, nunquã modulo ſuæ praxis licuit à tanto remediio deſciſcere, quod confiteri non erubeſcunt chariora quoque ipſius pignora ; Atque ita OſWaldus Grembſius, quem Doleus (a) *nobilem Helmontij pullum*, & *fideliſſimum Helmontij interpretem* nuncupat, Phlebotomię exercitium & ipſe approbat, & approbandum proponit, non conſiderata Magiſtri ſui cenſura, inquiens : *Et licet Helmontius Venę ſectionem omninò exterminet propter rationes lib. 1. cap. 3. de Febribus aſſignatas, periculoſum tamèn eſt in curandis morbis, præſertim acutis à Venæ ſectione abſtinere, ſi quis arcanis non potitus fuerit ; Cui autem non cuivis datum ſit adire Corinthum, ſi quis deſtitutus erit huiuſmodi auxilijs depurativis, Archeoumque ſedatiuis, & ad eminentem poteſtativam virutem aſcendentibus*, (ecquis hęc poſſideat ſomnioſa ut plurimum,

— (c) *fruſtraque morantia Parcas*
Prodigia?) *tum ſatius erit Galemicorum præſidijs recta cum ratione uti*, & equidem pueriles illos de retioſi ſucci jactura timores contemnit ſubdẽs : *Si malum quid ſit de theſauro vitæ aliquid demere, quia verò inſimul hoſpites rebelles expelluntur, ideo audanda Venę ſectio eſt, perquam Naturæ rebellio edatur*. Vides ergo quam paucos tuæ abſurdæ ententię patronos tibi liceat conſuere, reclamãibus etiam illis, qui Helmontij, & Paracelſi caſtra

a Encyclop. Med. l. 2. c. 5. §. 6., & §. 15. b Arb. integ. & ruinos l. 3. c. 4. n. 54. & 55. c Sil. Ital. l. 5.

ſtra dignioribus titulis ſectati ſunt, utquè hoc præſidium ab omni fermè Regione famã retardatorum quotidiè fatorum, & prorogatæ vitæ omni tempore circumtulit.

(*pag.* 219., 220. 221.) In hiſce autem Orobicis terris, ubi degimus, fęliciorem ejus uſum commendat clemens Atmoſphęra, & temperatum Clima, quippe Urbs noſtra ad quadraginta quinque latitudinis gradus cum dimidio ab Æquatore aſcendens, *loco*, ut inquit Blœu, (*a*) *ſita eſt amœniſſimo*, eamque ab Auſtrinis flatibus, de Mediterraneo Freto ſpirãtibus, quibus ipſam poſitus ſuu aliqualitèr expoſuiſſet, egregiè defendunt celſiſſima Apennini juga. Quippe, ſicuti in omnibus alijs remedijs adminiſtrandis, ità in adhibendo Phlebotomo Climatum ratio nunquam eſt contemnenda, ut in ipſo Aphoriſmorum limine conſulit veneratus Hippocrates (*b*); Nec video, quare *Vaſorum inanitio*, quam ibi Senex exprimit inſpectis Regione, tempore, ætate, ac morbo inſtituendam, ut votis reſpondeat, aliiganda ſit ſoli illi evacuationi, quæ per Catharticum editur, ut tu ſuſtines; ſiquidem communibus Interpretũ comitijs ſancitum eſt, quamlibet evacuationem deſignari; ut fatentur ipſi Phlebotomię Hoſtes, adeoque Lucas Tozzi: (*c*) *Verũ cum Vaſorum inanitio non minus dici debeat, quæ per Venę ſectionem, & Cathartici exhibitionem fit, quam quæ per Urinam, ſudores, aliaſvè haud quaquam contrahenda videtur Hippocratis ſententia, ad hanc vel illam ſolummodò.*

Sed

a In Atlante novo tomo 8. *lib.* 16. *b Aph.* 2. *ſect.* 1.
c Com. ad Aph. 2. *lib.* 1.

Ad imo Clar. Meyssonerium pl qui Aphorismos
Hippocratis e fonte textu ut fatear, in Gallicam
linguam fideliter et elegantissimè conversos
adiectis ubi opus fuit annotationibus e variis autorum
locis ornavit Vasorum ~~[illegible]~~ inanitionem
pro sola sanguinea vacuatione interpretatur
est.

~~In Cl. Meyssonerium qui Aphorismos Hippocratis~~
~~non minus fideliter quam eleganter in Gallicam~~
~~linguam conversos Glossarum [illegible] adiectis~~
~~[illegible] vasorum inanitionem~~
~~sanguinis vacuatione interpretatur~~

Aphorismo. 2. sect. 1. pag. 2

[illegible] propterea, ut Lucretius (o)

ede elephas morbus, qui propter flumina nilum
Fingit & effigiem in media, ne quidem usquam
Attollit tantum gressum, oculisque sinistram
Porrigit, inde alias aliam tentare minutim
Fertque refertque pedem, vario commotus ab ore

(o) lib. 6. v. 805.

Sed quid juvat excutere huius Aphoriſmi Scholiaſtas, ubi nova tua ſententia Climatum obſervationem à praxi Medica conatur in univerſum evellere? Itaque, tuo placito, credendum erit eundẽ sãguinis ſtatũ incolis ſuis accerſire Regiones ęterna hyeme horridas, ac loca ĩdefeſſis exuſta ęſtatibus, adeoque eadem remedia cęcis oculis utriſq; accomodanda? Proh quis audijt abſurdiora! Cur moneat Hippocrates: (*a*) *Terrã nutare commodum eſt in morbis longis*; aut decus illud Angloru̇ (*b*) Sydenhamius quoſdã Gallica lue vexatos ad Francię regiones mitti cõſulat, non quod Practici ibidẽ degentes meliorẽ enecandi morbi methodũ calleant, ſed quia aer ſalubior, ac magis ſerenus ſpiritus corporis, ac vires deperditas reſtaurare aptior ſit, quam craſſus ille, ac humidus Londinenſis? Sed Climatũ vis nõne ipſa cõſtat experientia, dum aliquarum Regionũ populi quibuſdam particularibus, ac endemijs morbis afficiuntur, rarò, aut nunquam aliarũ Regionum populares invadentibus? Ita Sarmatas Plica, Hiſpanos Strumę, Anglos Rachitis familiariter vexãt, Ægyptios Elephantiaſis, & Græcos, Scorbutus Boreales potiſſimum macerant. (*pag.* 222.) Quod ſi Tu obycis, Pleuritides, Febres, Hydropes, Anginas, alioſque Sporadicos morbos ęquo ſatellitio pugnare in noſtris, & proximis Finibus, ac in alienis, & remotiſſimis, ſcito etiam non ęquè ubicumque tractari. *Non enim* (ut ex Hippocratis Patris ſui inſtitutione ajebat (*c*) Theſalus)

a De morb. popul. l. 6. *ſect.* 5. *b Epiſt.* 2. *ad Henricum Paman. c In Orat. ad Athen. n.* 44.

omnes loci eadem auxilia ferunt, eò quod non omn ambiens nos aer ſimilis eſt, & iam olim admonu Cornel. Celſus *(a)*, *differre pro natura locorum g nera Medicinæ, & aliud opus eſſe Romæ, aliud in A gypto, aliud in Gallia*. Ita peculiaria quædã remc dia in uſum frequentiſſimum trahunt aliqu Gentes, aliarum Regionum incolis rariora, im quædam aliquibus cedunt in ſalutem, quæ alij conducerent ad mortem. Ità, teſtante Bohnio *(b)* Tartari vilioris notæ homines apprehenſi capillis exagitatos, & in Fluentum præcipitato à Febre liberant, & ex Catuli Leporini Caroti de Arteria inciſa tandiù ſanguinem ſugi volunt ab ægro, quãdiù valeat, detractaque demum pel- le adhuc calente Caput obvolvunt, ſomnoque, ac ſudori ità conciliant. Sinenſes (ut refert P. Da- niel Bartholi (*c*)) quatuordecim, & uſque vigin- ti diebus quemcumque cibum Ægroto interdi- cunt, licet ſeptem dierum inediam Hippocrates definierit lethalem: *ſi quis in ſeptem diebus nihi edere, aut bibere velit, plerique quidem in ipſis moriũ tur, ſunt, autẽ qui ipſos tranſmittũt, & tamen moriũtur* (Lib. *de Carn.* n. 21.) Germani, ex relatione Ba- glivi (*d*), Emetica, et Chymica cuiuslibet activi- tatis medicamenta in uſum liberè trahunt. Qui- bus omnibus quis noſtratium Sthomacus ſuffice- ret? aut cui accelerandæ morti non viderentur aptiſſima? Ità quendam morbum Indis accidere cognovit (*e*) Gemellus Carrerius, quem Medici Hiſpani illàc appellentes, ſi uſitata in Europeis

Fi-

a In præf. b De off. Med. c. 7. c Iſtor. della Cinal. d Prax. med. l. 1. c. 15. n. 7. e tom. 3. lib. 1. c. 2.

quid circa descriptiones botanicas, et practica observationibus observandum esse moneat magister Botanographorum Cornutus Tournefortius

Hic circa interpretando 1.a. aphorismum primæ lectionis advertit rhaganus alle Botanographum Cornutus Tournefortius, præcepta descriptionis non eam habe sumenda esse in ad easdem insulares regiones [illegible] [illegible] [illegible]

finibus methodo petant, misero Patienti vitam iniunt. Ob hanc rem notabat Wigandus(a) nihil frequentiùs esse, ubi peregrinæ methodo assueti Juvenes domũ redeunt, quàm *ut ea methodo Populares trucidẽtur, qua Exteri cõvaluere?* (p. 223.) Qua propter Medicinæ candidatis Juvenibus nihil magis urgent venerabiles Practicę Magistri, quàm ut ebibitam à Cathedris, & assidua Auctorum lectione doctrinam, & generalia medendi præcepta Regionibus suis accomodent; & equidem ob hanc Climatum diversitatẽ evenire putat Baglivus (b), quod Hippocratis Aphorismi, & solida eius præcepta non observentur interdũ vera, sed modo dubia, modo inconstantia, quod de aliorum etiam Auctorum preceptis, ac monitis dicendum est. Ità profectò omnium etiam Medicamentorum ratio conferenda est cum Climatum inspectione, & ipsorum electio, & dosis his admittentibus captanda. Ita in Curlandia, ut testatur (c) Bohnius, plerique Opij crudi scrupulum integrum facilè ferunt, & maiorem etiam dosim ad spiritus recreandos frequẽter deglutiũt Turcę, Persæ, alique Gentes Orientales, ut notat Ioh. Rajus (d); Poloni stupendas Catharticorum doses absque virium deiectione, aut multis secessibus liberè tolerant. Ità Venæ sectio, ut observat (e) Hollerius, Parisiensibus commodior est, quam Narbonensibus, quia hi Austrinis, illi Aquilonaribus perflantur Ventis, eademque

a *De Philiatr. Germ. itiner. dissert.* 1.
b *De Prax. med. l.* 1. *c.* 15. *§.* 7. c *De off. Medici c.* 7.
d *In hist. Pl. t.* 1. *l.* 17. *c.* 2. e *In Aph. Hipp. l.* 1. *aph.* 2.

de cauſa non ità ſalubrẽ Romę,&Athenis obſervabant Galenus,& Aſclepiades (*a*), ac in Helleſpõto,& Paro.(*p.*226.)Ità in frigidioribus, ac calidioribus Regionibus magis cauta,& avara manu pertractãda eſt;ſiquidẽ longiſſimè à veritate recedit tua hypotheſis,quæ calidius Clima,magiſque Æquatori proximos homines eidem expetendæ aptiores eſſe conſtituit, nàm ibi vi caloris ampliſſima ſpirituum jactura per patulos poros editur, ſanguisque acrior, vireſque facillimè fatiſcentes animum demunt; quemadmodum ęſtivo tempore, Syrioque igneos halitus evomente, in noſtro etiam Solo conſultiùs, & timidius eidem litamus. Itaquè rationi conſonum eſt,quòd moderatiùs Lanceola Neapoli in uſum vertatur, cuius ad quadrageſimum primũ latitudinis gradum, & quadraginta octo minuta ſitæ tepentes hyemes noſtris ferè comparandæ ſunt æſtatibus, & quæ perpetim Auſtro agitatur, *unde* (ut utar verbis Cl.Neapolitani(*b*))*membra delaxantur, vitale robur infringitur, & ſanguis redditur effœtus*. Non tamèn inde fit, ut celeberrimi illic Profeſſores, *vel nunquam, vel rariſſimè,ac quaſi per miraculum*,ut inquis, *ſanguinem mittant*, ſed in omnibus ferè morbis, quibus Phlebotomia Noſtratibus ex uſu eſt, ipſi quoque eandem imperant, cautiusculè quidẽ,& manu non ità liberali, ut edita probãt Volumina ſapiẽtiſſimorũ illius Terræ Iatrophyſicorum (*b*) Altomari,(*c*) Baſtelli, Verri,

a lib. 3. Epid. & lib. 5. meth. cap. 8.
b Tozzi in Comm. ad lib. 1. Aph., Aph. 2.
c Lib.de Febrib. *d In ſpecvlo Med. præcipuè l.*4.

6. de materiis Selopacor. lib. 2. cap. 12. pag. 296. et
de cornicupedia cap. 6. pag. 307. etc. in collectan.
Conrad. Gesneri.

(*a*) Verri, (*b*) Ferri, (*c*) Rogerij, (*d*) Sclani, (*e*) Salernitanæ Scholæ, (*f*) Argenterij, Ingraſſiæ, (*g*) aliorumque paſſim Lanceolæ auxilium & prædicantium, & ſuſcipientium; imò Leonhartus a Capua (*h*) inter tuos Patronos conſpicuus recentes Neapolitanos Medicos audactèr criminatur, quod in qualibet Febre non tam Juvenibus, ſed etiam Senibus, puerulisque lactentibus ſanguinẽ minuant, nec ad largam detractionem perhorreſcant calidiorem plagam, æſtateſque fermè urentes. Verùm quis patentiùs Phlebotomiam Parthenopeis Regionibus acceptiſſimã oſtendet, quã Doctiſſimus Ioh. Baptiſta Verna, huius florentiſſimi Regni filius, Lanciani decora ſortitus natalia, qui eius laudibus elaboratum Commẽtariũ recentèr conſecravit, ipſamque *Medicaminum omnium principem* deletis Adverſariorum nebulis patefecit, ubi etiam *clariſſimi Neapolitani Collegij Medicorum partem ſanam, ac uberiorem à Phlebotomia nèc quoque deſciſcere* commemorat (*i*)?

(*pag.* 228.) Sed de his hactenus. Videat, qui ſapit, an *Phlebotomia ſit à Profeſſoribus reiecta, & à Regionibus eliminata*, ut reſonat Vir Colendiſſimus, & an noſtra conſuetudo antiquiſſima, & moderna praxi fulcita ſit ad digituli crepitum deſerenda. C. A-

a In ſanitatis prodromo, b In operio. Chirurgicis.
c In Com. ad Gal. de rat. cur. per ſang. miſſ.
d In Com. Aph. Hippoc. & Art. med. Galeni.
e In regimine Salernitano apud Arnal. de Villanova pag. 1968. *f De morb. g In Iatropologia l.* 1..
h Ragionam. 2. *pag.* 48., *& alibi.*
i Tract. de Phleb. parte 2. *cap.* 9. *n.* 11.

CAPUT XII.

Reſponſiones ad Pareneſim Viri Cl., qua perorat,

Phlebotomiam, quantùm fieri poteſt, vitandam.

(*pag.* 229., & 230.)

POſtquam demùm Vir Commendatiſſimus rigidum Phlebotomiæ Examen prægreſſis Capitibus conſũmavit, *Juſtitia* ardens, & *Charitate*, tonat quaſi Concionator ab Umbone, eandem omninò eſſe deſerendam, ne lethali anima crimine fœdetur, effuſuſque innocens ſanguis clamet ad Dominũ. Oh Deus! Nùnc ergò remedium, quod atris mortis Altaribus ſempèr retardavit holocauſta, quod morborũ manus iam hominũ jugulo fortitèr incumbẽtes tam ſæpè abſcidit, & abſcindit, adeo deteſtabile ſcelus evaſit, ut *Chriſtianæ charitatis zelus* ſacros Oratores contrà ipſum ſollicitet?

Sed dic iam queſo Vir Honeſtiſsime, qui uſque hùc corporis pericula tam lepidè adornaſti, quos novos de animæ damno nunc incutis metus? *In communi ſenſu*, inquis, *Moralium Theologorum tenetur Miniſter in adminiſtrandis Sacramentis, Iudex in ferendis ſententijs, Medicus in curandis ægrotis ſequi opinionem probabiliorẽ.* Ità planè, licet tutiorem, *non probabiliorem* ſententiam *à Miniſtro in adminiſtrandis Sacramentis ſequendam* eſſe forſan tibi regerẽt verſatiores Theologi ex preciſo tenore Theſis dam-

damnatæ ab Inn. XI. n. 1. Quam lata enim ſit inter *tutiorem, & probabiliorē* ſententiam diſcrepantia, habes in hac re à Doctiſsimo (*a*) P. Ioh. Cardenas. Eſto tamen, quod vis, mi Theologe. Si, ut docet (*b*) Caſtropalao, *regulariter loquendo, ea ſententia probabilior eſt iudicanda, quæ à pluribus defenditur, & à doctioribns*, ſi, ut concludit poſt (*c*) Silvetrũ Fagnanus (*d*), *ſemper ea opinio preferri debet, quę habet pro ſe legem, vel probatam conſuetudinem*, quomodo ſententia Phlebotomię favens communiſsimo Archiatrorum omnis ſæculi judicio, praxi, & ſcriptis omni tempore confirmata minoris obtinebit vim probabilitatis, quam paucorũ aliquot Hæmophoborum cogitata, validis reſpõſionibus, & longa exegeſi ab experientiſsimis Viris funditùs everſa? Verùm, (quod ridendum magis eſt) reprobandam nobis ſtatuet Lanceolã, ut lethale piaculũ modernus Cœnobita, quã Pontificum Romanorum Cubiti non dubitarunt ſuſtinere, & Innocentius III. (*e*) inſignisimę ſanctitatis Antiſtes, Canonicis Baſilicæ ſuæ S. Petri, etiam pro ægritudinum præſervatione libens conceſsit, immunitatemque à Chori officijs ſalva Diſtributionum integritate per duos dies permiſit, ut teſtis eſt ejus Bulla, quæ incipit *Ea quę de mandato*, 4. Idus Ian. Pontificatus anno octavo exarata? Quam Concilium, ſeu Conventus Aquis gra-

a In Criſi Theol. diſ. 2. cap. 2. §. 13. prop. 1.
b Tom. 1. tract. 1. diſp. 2. punct. 1. §. 8.
c In ſum. V. opinio n. 2.
d In c. ne innit. de Conſt. n. 21.
e In Hyerolex Dom. Macri V. Minutus.

granenſis(*a*) Abbatum Franciæ,pro Regulari diſciplina convocatus implente Soliũ Romanum Paſchale I.,Gallicum verò Ludovico Pio,6.Idus Iulias anno 817. neceſſariam cognovit,jacto Canone,quod *certum Phlebotomiæ tempus non obſervetur, ſed unicuique,ſecundum quod neceſſitas expoſtulat concedatur, & ſpecialis in cibo, & potu conſolatio præbeatur?* Quam ſacri Canones probant, ut fidem facit Hippocratis Decretum de Plethorico habitu Venæ ſectione ſolvendo, ex s.Hyeronimi mẽte laudatum in c. *ne tales de Conſecrat. diſtinct.* 5., & utilem ægris ſupponit Canon generalis Innocentij Pontificis ad Abbatem Sublacenſem in c. *cum ad Monaſterium,de ſtatu Monach.* §. 4.? Quam ſalutarem in Febribus certa anni die Angelus revelavit, ut ex hyſtoria recenſita à Vincentio in ſpeculo diſtinctè refert Joh. Andreas,& ex eo Illuſtriſſimus(*b*) Proſper Fagnanus? qua denique ad quoddam linguæ vitium ſanandum Angelus ipſe uſus eſt, ut recenſet ex Decreto Gratiani Tiraquellus(*c*)?

(*pag.*231.) Nihilominùs Religioſus noſter Auctor,quaſi videat,quotidiè Cadaverũ Centurias à Phlebotomia ad Libithinę Caſtra dimitti,plorat pipit,gemit,fritinnit;rogat per *Viſcera miſericordiæ Domini Dei noſtri*, ut hoc præſidio valedicamus, vel ſaltem,ut tanquam extremo ſolummodò utamur remedio.(*p.*232.*ex Chiariana pag.* 63.) Cùm tamèn uſus integrè in hoc propoſito Chiarianæ verbis Latinè penulatis Anginam ſuffocativam

*a Apud Labbęum t.*7.*Cõcil.p.*1508. *b T.*5. *in c.* cum ad Monaſt.*n.*21. *c De nob. cap.* 31.

vam, aut duplicem Pleuritidem dolore ad Cla-
iculam aſcendente hoc remedio, tanquam ex-
remo, indigere ſanciviſſet, ſtatim veritatis per-
ęſus, & ab Authographo ſuo deſciſcens, aſſeve-
at, *ſe hoc dicere ad ſatisfaciendum vulgi ſimplicitati.*
tà vult, & non vult, admittit, & reprobat. Oh
Babylonem! Medicos carpit, quod ſibi nunquam,
lijs licentiosè Venas aperiant, quod abſurdiſſi-
num oſtendẽt plurium noſtratium Medicorum
rachia cicatricibus ſignata.

(*pag.* 233., & 234., & *ſeqq.*) Tandem quendam
Galeni locum *(a)* nactus, ubi prodromas morborũ
aſſitudines, ac malas aliquot diſpoſitiones lu-
trans, poſtquàm conſuluiſſet, ſanguinem copia
peccantem Phlebotomia liberali depauperari,
paulò poſt admonuit, ægrum propter ætatẽ, aut
nollem animum Lanceolam pati nolentem Ca-
hartico eſſe laceſſendum, aùt ſi id quoquè ſuſ-
pectum habeat, alia ratione ſupervacaneo onere
liberandũ, hiſce hiſce verbis, quaſi reportata pal-
na geſtiens, magnum pulverem excitat: crepat,
Sanguipetarum principem neceſſariam non con-
ideraſſe Venæ ſectionem; libito infirmi ſe con-
formaſſe: ſenſiſſe unctionem, frictiones, balnea,
quietem meliùs, & tutiùs reſpondere intento; de-
niquè longam Orationem mordaciſſimis exin de
talibus inſtruit, ut Phlebotomatoribus Iecur pũ-
gat. Quo autem ſolemniori modo ire potuiſſet
ventoſus, ſi abſolutè ipſam Galenus reieciſſet, ſi
diris, & jurgijs eius Fautores ſuiſset proſecutus?
Sed non videt, ingens Homo, ut Pergamenus Se-

nex

a Lib. 4. *de ſan. tuenda cap.* 4.

nex non curationem præſentis morbi ibi molia
tur, ſed præſervationem futuri; propterea que nõ
urgente malo, aut ſæva ſymptomatum facie ci
tiſſima pericula minante, blandiri ità permittit
ut quis malam diſpoſitionẽ remedijs palato ſu
magis reſpondentibus emendari ſinat; inter qu
tamen primo loco Phlebotomię uſum *audacte*
ſuſcipiendum commendat, ut potè magis utile, &
accomodum; cætera dehinc præſidia minoris i
hac re virtutis eidem recuſatæ ſubſtituens. Quo
ſi præſenti morbo ſubveniendum ſit, & Febri
vires ſuas explicuerit, non tantum enarratis hic
remedijs loco Venæ ſectionis non indulget, ſed
eadem vel nociva, vel inutilia liberè cenſet, nam
neque exercitatione (ait (*a*)) *vacuare exuberantiam*
licet, nec unctione quæ calefaciat, ſed nèc multa fri-
ctione, nec Balneo; imò ſanguinis miſſione una cum ine-
dia, vel purgatione aliqua, ut alibi etiam oſtenſum
eſt. Eat nùnc Vir Cl., & Galeni auctoritati impo-
nat, quas egurgitat

—— (*b*) *ampullas, & ſeſquipedalia verba.*

(*pag.* 238.) Aliqua tamen Doctiſſimo Homini
ad evacuandas ambages viſum eſt adnotare ſuper
Galeni, & Hippocratis ſentẽtijs à ſe pluries uſur-
patis. Priùs itaquè ait, utroſque hos commenda-
biles Senes quandoquè ſibi ipſis contradicere; nã
Galeno eiuſque Aſſeclis largè Phlebotomiã mi-
niſtrãtibus acritèr obſtetit Eraſiſtratus, cuius ex-
perimentis, & ratione coactus idem Galenus pro-
poſitum mutavit, & contraria prioribus ſcripſit;
cumque plurima pars eius Diſcipulorũ, ut ſe pa-
trati

a Lib. 13. *meth. med. b Horat. de art. poet.*

λ Perchinsky

Ex historiæ de la med. p. 2 liv. 2. chap. 2. pag. 29
ob seq. et p. 3. liv. 3. chap. 2.

rati erroris confessione absolverēt, adhùc Phlebotomię adhæserit, & anteriores Galeni libros retinuerit, ijque, quos emendatus scripserat, apud minorem partem, sed honestiorem remanserint, hinc duo sectæ factæ sunt, & hac ratione aliquandò videtur contradictionibus involutus. Quòd autē attinet ad Hippocratem, intrepidè asserit, Libros, qui pro Phlebotomiæ tutamine exhibentur, non esse eius opera, sed veterum aliquot Galenistarum placita, tanto nomine personata.

Quam bella, quam nova, quam peregrina ista sint, quamque solida, & inconcussa, quicumque leui hystoriæ imbutus rudimento deprehenderit, ubi consideret, Erasistratum aliquot sæculis ante Galeni tempora fato functum fuisse, utpote qui anno circiter 262. ante Christum natum. sub Philadelpho honoratos annos ducebat, dum Galenus anno à Christi nativitate circitèr 140. regnante Antonino hominum saluti insudabat, ut notant (a) Eusebius, (b) Vernerus Rosarius, (c) Divus Antoninus, (d) Fr. Philippus Foresius, (e) Nicciolius, (f) Morerius, (g) Genebrardus, & quotquot legūntur Cronographi. Oh fidem! Oh Anacronismos! Oh fabulas intrepidè prædicatas!

(*pag.* 239. *Ex D. Chiariana ad verbum pag.* 39.) Deinde illud etiam adnotandum occurrit (quod ijsdem omninò verbis Italico idiomate fabulatur D. Chiariana) ignoratam sanguinis pericicloſim præstitisse Antiquis fundamentum exercendæ Phlebotomię, quapropter hac veritate moderna Anatomica luce revelata, cessare hunc prætextum, evanescere hunc fucum. Verum hæc cognitio (si oculos aperias) ipsam magis stabilivit, utpotè quæ eandem legitimo circulo conservando opportunissimam demonstrat, dum fibrarum pressiones admittit, & duriores minimorum contactus paululum laxat, motumque incessivum velocem procurat, unde & secretiones feliciùs patrantur, & stagnationes tolluntur; qua-

a In Cronic. pag. 61., *& pag.* 77. *b In Fasciculo temporum. c In Cron. parte* 1 *cap.* 4 §. 9. *& c.* 6. §. 7. *d In supplem. Cron. e In Cronol. reform. parte ultima l. E. ante Christum, & litt. G. post Christum. f Dictionaire Historique to.* 2 *lett. E. & to.* 3 *lett. G. g Lib.* 2., *& lib.* 3. *Cron.*

quare imò magnus ille Scotus Archibaldus Pitcarnius (*a* quęlibet medicamẽta casu, nõ consilio inventa fuisse scribit *excepta Venæ Sect. post cognitam circulationem*.

Nolo autem Vir Ornatissime ulterius temporis impendium consecrare cæteris tuis vitiligijs, quæ aut aereę declamationes sunt, à Chiariana fidelitèr deprõptę, nisi dicam ex emendicata ostiatim stipe conflata (*b*) *non bene junctarum discordia semina rerum*, aut centiès resuscitatæ cantilenæ (*p.* 243.) Etmullero quidẽ assentiri non dubito licentiosam Venarum aperitionem dissuadenti; neque enim mihi placet ipsam in quolibet morbiculo temerè admitti, sed ubi solummodo necessitas est, & *urget admodum*, ut ait ille, & tu mutilas, *indicatio aut evacuatoria, aut revulsoria, vel derivatoria, instituatur*.

Cæterum *Justitiæ*, & *Charitatis* stimulum, qui te ad hoc opus sollicitavit, vehementissimum fuisse necesse est, si ad tollendum Phlebotomię usum (nescio quo Hominum bono) coactus fuisti, Medicas sententias decurtare, Auctorum illustrium dorso tua opinamenta imponere, Theologiam moralem distrahere, Hystoriam, & Cronologiam vitiare, aliorum scripta tua facere, læto ventosæ Plebis spectaculo. In Libello tamèn isto consarcinãdo tuæ Religionis statuta, (ut, quod verum est, eloquar) exactè observasti, quia nihil fermè habes proprij; sed non levem iniuriam Authoribus tuis irrogasti, nam particularem fecisti ipsorum errorem, qui in Italico nativo Idiomate relictus erat saltem vulgaris. Cæterùm larva terruisti Leonem.

Ah tandem Vir lectissimè ostende *reformatam* sententiã tuã, & audi tuis vanissimis ratiunculis explosis, ipsarum *Justitiæ*, & *Charitatis* suasu insontem Phlebotomiam ab omnibus congregatis in Opella calumnijs uniuersali Experientia absolvi; dum interim ejus Fautores longiorem non amant concinnare Paræneśim, ut pote *qui*, ut ait Hippocrates (*c*), *dicendo non admodum exercitati multitudini fidem sinceriorem ex ijs, quę videat, quam quæ audiat, facere malint*.

a Dissert. de divis. morb. *b Ovid.* 1. *Metam.*

c Lib. de art. n. 23.

FINIS.

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

CC PrcIRH
16.5.91
114496

